



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitularia Dagoberti Regis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

DAGOBERTI REGIS
CAPITVLARE TRIPLEX.

- I. Lex Ripuariorum.
II. Lex Alamannorum.
III. Lex Bajuvariorum.

ADMONITIO AD LECTOREM
De legibus sequentibus.

QUAMVIS Dagobertus non sit primus auctor istarum legum, sed Theodoricus, ut docet sequens prefatiuncula, quia tamen constat illas plurimum mutatas fuisse a Principibus qui post Theodoricum regnabant, ac tandem purgatas, emendatas, & auctas a Dagoberto, adeoque ab isto tales promulgatas ac constitutas fuisse quales etiamnam legitur in veteribus libris, consultius visum est eas illi tribuere quam Theodorico, de quo nihil aliud certi compertum habemus quam ipsam leges quasdam imperfectas composuisse & dedisse Francis, id est, Ripuaris, Alamannis, & Bajuvariis, que a successoribus ejus Francorum Regibus perfectio nem postea acceperunt. Ita enim docet hac prefatiuncula, que legi Bajuvariorum preponi solet in codicibus antiquis.

Theodoricus Rex Francorum, cum esset Catalaunis, elegit viros sapientes, qui in regno suo legibus antiquis erudit erant. Ipso autem diuante iuslitr conscribere legem Francorum & Alamannorum & Bajuvariorum, unicuique genti, quae in ejus potestate erat, secundum confuetudinem suam. Addidit quae addenda erant, & improvisa & incomposita relecavit; & quae erant secundum confuetudinem paganorum, mutavit secundum legem Christianorum. Et quicquid Theodoricus Rex propter vetustissimam paganorum confuetudinem emendare non potuit, post haec Childebertus Rex inchoavit, sed Chlotharius Rex perfecit. Haec omnia Dagobertus Rex gloriofissimus per viros inlustres Claudium, Chaudum, Indomagnum, & Agilulfum renovavit, & omnia vetera legum in melius translavit, & unicuique genti scripta tradidit, quae usque hodie perseverant.

Hoc decretum est apud Regem & Principes ejus & apud cunctum populum Christianum qui infra regnum Mervungorum consistunt.



DAGOBERTI REGIS
CAPITVLARE PRIMVM
SIVE
LEX RIPVARIORVM.

INCIPIVNT CAPITVLARE LEGIS RIPVARIORVM.

- | | |
|--|--|
| 1. De i ^c tu ingenuorum. | 41. De ligaminibus ingenuorum. |
| 2. De sanguinis effusione. | 42. De venationibus. |
| 3. De offe fratio. | 43. De sepiibus. |
| 4. De panico. | 44. De eo qui in messe aliena cum carro |
| 5. De debilitatibus. | transferit. |
| 6. De castratione. | 45. De eo qui nesciente homine aliquam fur- |
| 7. De homicidio ingenuorum. | trivam rem in domum illius introdu- |
| 8. De homicidio servorum. | xerit. |
| 9. De homicidio hominum Regis. | 46. De quadrupedibus si hominem occide- |
| 10. De homicidio hominam ecclasticorum. | rint. |
| 11. De homicidio eorum qui in trajecto Regis | 47. De vestigio minando. |
| sunt. | 48. De homine qui sine hereditibus moritur. |
| 12. De homicidio mulierum. | 49. De adfattimire. |
| 13. De homicidio pauciarum. | 50. De testibus adhibendis. |
| 14. De muliere ecclastifica. | 51. De eo qui Graffionem ad res alienas in- |
| 15. De homine mordrido. | vitat. |
| 16. De captivato homine vel femina inge- | 52. De re prestatia. |
| nua. | 53. De eo qui Graffionem interficerit. |
| 17. De incendio. | 54. De corporibus expoliatis. |
| 18. De soncti. | 55. De Rachinburgis legem dicentibus. |
| 19. De i ^c tu servorum. | 56. De alodibus. |
| 20. De effusione sanguinis. | 57. De liberis à domino ante Regem dimissi. |
| 21. De offe fratio servorum. | 58. De tabulariis. |
| 22. De offe fratio ingenuorum à servo. | 59. De venditionibus. |
| 23. De i ^c tu servorum in servo. | 60. De traditionibus & testibus adhibendis. |
| 24. De sanguinis effusione servorum à servo. | 61. De liberis secundam legem Romanam. |
| 25. De offe fratio servorum à servo. | 62. De homine qui servum tributarium facit. |
| 26. De debilitatibus servorum. | 63. De homine in hoste occiso. |
| 27. De castratione servorum. | 64. De homine in domo propria occiso. |
| 28. De interfectione servorum. | 65. De eo qui bannum non adimpleret. |
| 29. De furta servorum. | 66. De sacramento. |
| 30. De interpellatione servorum. | 67. De eo qui filium non relinquunt. |
| 31. De homine ingenuo representando. | 68. De offe super viam sonante, vel abs- |
| 32. De mannire. | que effusione sanguinis. |
| 33. De intertiare. | 69. De eo qui Regi infidelis extitit. |
| 34. De raptu ingenuarum mulierum. | 70. De homine à ligno interfetto. |
| 35. De eo qui uxorem alienam tulerit. | 71. De festina intercurrente. |
| 36. De diversis interfectionibus. | 72. De homine invertiato vel pecore mortuo. |
| 37. De dotione mulierum. | 73. De homine ligato absque iudicio dimisso. |
| 38. De eo qui hominem innocentem ad Re- | 74. Vi nullus cum servo traditionem vel com- |
| gem accusaverit. | parationem faciat. |
| 39. De eo qui ingenua mulieri manum vel | 75. De re propria vel secuta. |
| brachium strinxerit. | 76. De materiamine vel lignis furatis. |
| 40. De caballo extra consilium domini sui | 77. De homine furattudo. |
| ascenso. | |

78. De eo qui furem in domo repperit.
 79. De homine penduto & ejus hereditate.
 80. De via lacina.
 81. Ut parvulus non respondet ante quindecim annos.
 82. De damno in messe vel in clausura.
 83. De maleficio.
 84. De Graffone injisio invitato.
85. De corpore expoliato.
 86. De caballo exorcicato.
 87. De homine forbannito.
 88. Ut nemo munera in judicio accipiat.
 89. Ut iudices sive Missi fiscales freda non exigit priusquam facinus componatur.

EXPLICIUNT CAPITUL A.

INCIPIT LEX RIPVARIORVM.

I. De icta ingenuorum.

Si quis ingenuus ingenuum icta percussit, solidi uno culpabilis judicetur. Si bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis judicetur.

II. De sanguinis effusione.

Si quis ingenuus ingenuum percussit, ut sanguis exeat, terramque tangat, bis novem solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum sex juret.

III. De osse fracto.

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

IV. De penico.

Si quis ingenuus alterum transpuncxit, aut infra costas plagaverit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

V. De debilitibus.

I. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si autem auditum non perdidit, quinquaginta solidos componat.

II. Si nasum excusserit, ut masticare non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si masticare praevalet, quinquaginta solidos componat.

III. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si virus in oculo restiterit, ita ut videre possit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IV. Si manum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si manus ibidem manca peperderit, quinquaginta solidos componat.

V. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur. Quod si pollex ibidem mancus peperderit, viginti quinque solidis culpabilis judicetur.

VI. Sic in omni mancione, si membrum mancum pendiderit, medietatem componat quam componere debuerat si ipsum membrum abscessum fuisset.

VII. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussum fuerit, triginta sex solidis componatur.

VIII. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, centum solidos componat. Si pes mancus ibidem pendiderit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IX. Si articulum qualcumque amputaverit, triginta sex solidis culpabilis judicetur.

X. Ita omnia si negaverit, cum sex juret quod hoc non fecisset.

V. I. De castratione.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VII. De homicidio ingenuorum.

Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuanum interficerit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VIII. De homicidio fervorum.

Si quis servum interficerit, triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod hoc non fecisset.

IX. De homicidio hominum Regis.

Si quis hominem regium interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

X. De homicidio hominum ecclesiasticorum.

I. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

II. Sic in reliqua compositione unde

Ripuarus quindecim solidis culpabilis judicetur, regius & ecclesiasticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcumque culpa ascenderit.

L E X R I-
P V A R I O-
R Y M.

XI. De homicidio corum qui in trufe
Regis sunt.

I. Si quis eum interficerit qui in trufe
regia est, sexcentis solidis culpabilis judi-
cetur. Et quicquid ei fieri, similiter sicut
reliquo Ripuario in triplum compon-
natur.

II. De occidente eius, si negaverit,
cum septuaginta duobus juret.

III. Si quis regio aut ecclesiastico ho-
mini de quacunque liber re forciam fece-
rit, & per vim tulierit, in triplum sicut re-
liquo Ripuario componat.

XII. De homicidio mulierum.

I. Si quis feminam Ripuarium interfe-
cerit, postquam parturire ceperit, usque
ad quadragesimum annum, sexcentis soli-
dis culpabilis judicetur. Aut si negaverit,
cum septuaginta duobus juret. Et ubi-
cunque sexcenti solidi accedunt, simili modo
cum septuaginta duobus juret.

II. Si ille homo pauper fuerit, ut insi-
mul solvere non posset, per tres decepsio-
nes filiorum solvat.

XIII. De homicidio puerarum.

Si quis puellam Ripuarium interficerit,
ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut
si negaverit, cum duodecim juret.

XIV. De malitia ecclesiastica.

I. Si quis feminam regiam aut ecclesi-
asticam parentem interficerit, trecentis
solidis culpabilis judicetur, aut cum tri-
ginta sex juret.

II. Quod si puellam post quadragesim-
um annum interficerit, ducentis solidis
culpabilis judicetur, aut cum duodecim
juret.

XV. De homine mordrido.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium
interfecerit, & eum cum ramo cooperie-
nit, vel in puteo seu in quocunque liber
loco celare voluerit, quod dicitur mor-
dridus, sexcentis solidis culpabilis judi-
cetur, aut cum septuaginta duobus juret.

XVI. De captivo homine vel feminâ ingenuâ.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium
extra solum vendidit, & iterum eum ad
solum non poterit reducere, sexcentis
solidis culpabilis judicetur, aut cum sep-
tuaginta duobus juret. Et si eum in solum
reducere, ducentis solidis culpabilis judi-
cetur. Quod & de femina ingenua simili-
ter convenit observare.

XVII. De incendio.

I. Si quis hominem per noctem latenter
incenderit, sexcentis solidis culpabilis ju-
dicetur, & insuper damnum & delataram
restituat. Aut si negaverit, cum septua-
ginta duobus juret.

II. Si servus hoc fecerit, xxxvi. sol.
culp. jud. & insuper damnum & delatara-
m restituat. Aut si negaverit, dominus
eius cum sex juret.

XVIII. De fomefit.

I. Quod si ingenuus sonetti id est, duo-
decim equas cum amissario, aut sex scro-
vas cum verre, vel duodecim vaccas cum
tauro furatus fuerit, sexcentis solidis cul-
pabilis judicetur, & insuper capitale &
delataram restituat. Quod si multi inge-
nuu fuerint, sicut in omni furto constitu-
imus, unusquisque sexcentis solidis cul-
pabilis judicetur, & insuper capitale &
delataram restituant. Aut si negaverint, sin-
guli cum septuaginta duobus juret.

II. Quod si servus hoc fecerit, triginta
sex solidis culpabilis judicetur, & insuper
capitale & delataram restituat. Et si mul-
torum servi fuerint, unusquisque per se-
metipsum similiter faciat. Aut si nega-
verint, dominii eorum cum sex juret.

III. Si homo ecclesiasticus aut regius
hoc fecerit, medietate compositionis Fran-
corum culpabilis judicetur. Aut si nega-
verit, cum triginta sex juret.

XIX. De istu servorum.

I. Si ingenuus servum iactu percusserit,
ut sanguis non exeat, usque ternos col-
pos, quod nos dicimus bumslegi, singulos
solidos componat. Aut si negaverit, cum
sex juret.

II. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc
fecerit, tribus solidis culpabilis judicetur,
aut cum sex juret.

III. Quod si servus homini regio aut
ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per
ternos iactus tres solidos componat. Aut si
negaverit, dominus eius cum sex juret.

X X. De effusione sanguinis.

I. Si servus ingenuo aut regio vel ecclae-
siastico homini sanguinis effusionem fece-
rit, quinto dimidio solidi culpabilis judi-
cetur. Aut si negaverit, dominus eius cum
sex juret.

II. Similiter si ingenuus aut regius vel
ecclesiastico homo servo os fregerit, novem
solidis culpabilis judicetur, aut dominus
eius cum sex juret.

X XI. De offe fratello servorum.

Quod si ingenuus aut regius vel ecclae-
siastico homo servo os fregerit, novem
solidis culpabilis judicetur, aut dominus
eius cum sex juret.

XXII.

XII. *De offe fracto ingenuorum à servo.*
Quod si servus homini Franco aut Ripuario os fregerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur. Si autem regio aut ecclesiastico homini hoc fecerit, bis novem solidis culpabilis judicetur.

XIII. *De iētu servorum in servo.*
Quod si servus servum iētu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen, propter pacis studium, tremissem, id est, quatuor denarios, componat.

XIV. *De sanguinis effusione servorum à servo.*

Si autem servus servo sanguinis effusione fecerit, tertio dimidio solidi culpabilis judicetur.

XV. *De offe fracto servorum à servo.*

Si os ei fregerit, quinque solidis culpabilis judicetur.

XVI. *De debilitatibus servorum.*

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, bis novem solidis dominus ejus culpabilis judicetur.

XVII. *De castratione servorum.*

Si autem eum castraverit, triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

XVIII. *De interfectione servorum à servo.*

Si autem servus servum interfecerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod servus eus hoc non fecisset.

XIX. *De furtis servorum.*

Quod si servus furtum fecerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur; excepto capitale & delaturam restituat.

XX. *De interpellatione servorum.*

I. Quod si quis in judicio pro servo interpellatus fuerit, si servus talis non fuerit unde dominus ejus de fiducia securus esse posse, dominus ejus in judicio pro eo interrogatus respondeat & sine tangendo loquatur, & dicat: *Ego ignoro utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc existiterit. Proprietas cum secundum legem Ripuariam super quatuordecim noctes ad ignem represento.* Et sic de ejus praesentia cum festuca fidem faciat. Quod si servus in ignem manum miserit, & lesam tulerit, dominus ejus, sicut lex continet, de furto servi culpabilis judicetur.

II. Quod si servus, quando dominus interpellatus fuerit, infra ducatum fuga lapsus fuerit, supra quatuordecim noctes aut ipsum represente, aut pro eo faciat rationem. Quod si postquam cum ad ig-

Tom. I.

nem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in haraho conjuret quod servus ille, quem ad ignem representare debuerat, extra ejus voluntatem fuga lapsus sit, & sic denuo placitus ei concedatur, ut super quatuordecim seu super quadraginta noctes eum representare studeat, aut ipse in rem respondeat.

XXXI. *De homine ingenuo representando.*

I. Quod si homo ingenuus in obsequio alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit, in praesentia judicis similiter, sicut superiori comprehensione est, representare studeat, aut in rem respondere.

II. Quod si eum non representaverit, tale damnum incurrat quale ille sustinere debuerat qui in ejus obsequio est inculpatus.

III. Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacunque natione commoratus fuerit, in judicio interpellatus, sicut lex loci continet ubi natus fuerit, sic respondeat.

IV. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ripuariam, damnum sustineat.

V. Quod si in provincia Ripuaria juratores invenire non potuerit, adignem seu ad fortem se excusare studeat.

XXXII. *De manni.*

I. Si quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non venerit, si eum funnis non deteneritur, quindecim solidis culpabilis judicetur. Ille vero qui alium mannit, & ipse non venit, similiter quindecim solidis culpabilis judicetur.

II. Si autem mannitus fuerit ad secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, vel quintum, usque ad sextum venire distulerit, pro unoquoque mallo, si ille qui cum mannit, cum tribus Rachinburgis in haraho conjuraverit quod legitimè mannitus fuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur.

III. Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille qui cum mannit, ante Comitem cum septem Rachinburgis in haraho jurare deberet quod eum ad strudem legitimam admallatum habet, & sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, & legitimam strudem exinde auferre, & ei tribuere qui cum interpellavit, hoc est, septem Rachinburgis, unicuique quindecim

Lib. 121.
Capitular.
c. 45. & lib.
v. c. 111.

C

LXXXI. cim solidos, & ei qui causam prosequitur,
RIPARIOS quadraginta quinque.

XV. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, & ad janam suam cum spata trahiacecent, & eam in portavive in poste posuerit, tunc judex fidejusfores ei exigat ut se ante Regem representet, & ibidem cum armis suis contra contrarium suum se studeat defensare.

XXXIII. De intertiare.

I. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et si ille super quem intertiatur, tertiam manum querat, tunc in praesente ambo conjurare debent cum dextera armata, & cum sinistra ipsam rem teneant. Vnus juret quod in propriam rem manum mittat, & alius juret quod ad eam manum trahat qui ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quatuordecim noctes auctorem suum representet. Si foris ducatum, super quadraginta. Si autem extra regnum, super octuaginta ad Regis stappium, vel ad eum locum ubi nullus est, auctorem suum in praesente habeat.

II. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in haraho conjaret quod eum ibidem legibus manum habuisse, & sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Si ei placitum super quatuordecim seu super quadraginta vel octuaginta noctes detur, ut cincverduum iuam in praesentia testium recipiat, & ei qui rem iuam intertiavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de furto fecurus sit, & ille qui intertiavit, furtum & delaturam ab eo requirat qui solvere coepit.

III. Quod si auctor suus venerit, & rem intertiatam recipere renuerit, tunc ille super quem intertiata est capitale & delaturam atque furtum solvere studeat.

IV. Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur, responderit quod fordronem suum neciat, tunc in praesente de sacramento sibi septima manu fidem faciat, & super quatuordecim noctes adjurare studeat quod auctorem vel casam seu postem januas auctoris sui neciat, & ipsam rem sine danno reddat.

XXXIV. De raptu ingenuarum mulierum.

I. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam rapuerit, bis centenii solidis noxiis judicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum sexaginta solidis noxiis judicetur. Et quanti super illos quatuor fuerint, unusquisque

Capitularia

DAGOBERTI
REGIS 2.

36

quindecim solidis noxiis judicetur.

II. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, centum solidis culpabilis judicetur.

III. Similiter illi tres qui ei auxilium praebuerint, unusquisque triginta solidis culpabilis judicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo semifolido multetur.

IV. Quod si servus hoc fecerit, de vita componat.

XXXV. De eo qui uxorem alienam tulerit.

I. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ducentis solidis multetur.

II. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si qui ingenuam pueram vel mulierem, que in verbo Regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere presumperit, seu parentum voluntate de mundeburde abstulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

XXXVI. De diversis interfectionibus.

I. Si quis Riparius advenam Francum interfecit, ducentis solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis Riparius advenam Burgundionem interfecit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis Riparius advenam Romanum interfecit, centum solidis multetur.

IV. Si quis Riparius advenam Alamannum, seu Fretionem, vel Bajuvarium, aut Saxonem interfecit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

V. Si quis Clericum interfecit, iuxta quod nativitas ejus fuit, ita componatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclasiasticus, sicut alium regium aut ecclasiasticum. Si litus, sicut litum. Si liber, sicut alium ingenuum cum ducentis solidis componat.

VI. Si quis Subdiaconum interfecit, Lib. III.
Capitular.
cap. 25. quadragesimos solidos componat.

VII. Si quis Diaconum interfecit, quingentes solidos componat.

VIII. Si quis Presbyterum ingenuum interfecit, sexcentos solidos componat.

IX. Si quis Episcopum interfecit, nongentos solidos componat.

X. Si quis partum in femina interfecit, seu natum priusquam nomen habeat, centum solidis culpabilis judicetur. Quod si matrem cum partu interfecit, septingentis solidis multetur.

XI. Si quis vvergedulum solvere deberet,

37 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.

bovem cornutum videntem & sanum pro duobus solidis tribuat, vaccam cornutam videntem & sanam pro uno solido tribuat, equum videntem & sanum pro sex solidis tribuat, equam videntem & sanam pro tribus solidis tribuat, spatum cum scogilo pro septem solidis tribuat, spatum absque scogilo pro tribus solidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim solidis tribuat, helnum cum directo pro sex solidis tribuat, bainbergas bonas pro sex solidis tribuat, scutum cum lancea pro duobus solidis tribuat, acceptorem non domitum pro tribus solidis tribuat, commorsum gruarium pro sex solidis tribuat, acceptorem mutatum pro duodecim solidis tribuat.

XII. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido duodecim denarios, sicut antiquus est constitutum.

XXXVI. De dotibus mulierum.

I. Si quis mulierem desponsaverit, quicquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscriperit, perpetualiter in convulsum permaneat.

II. Si autem per seriem scripturarum nihil contulerit, si virum supervixerit, quinquaginta solidos in donem recipiat, & tertiam partem de omni re quam simul colaboraverint fibi studeat evincere; vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, similiter faciat.

III. Quod si ex his que conscripta vel tradita sunt simul confluenterit, nihil requirat.

XXXVIII. De eo qui hominem innocentem ad Regem accusaverit.

Si quis hominem innocentem ad Regem accusaverit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

XXXIX. De eo qui ingenuam mulierem vel brachium strinxerit.

Si quis ingenuam mulieri manum strinxerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Certè si super cubitum manum miserit, tringinta solidis multetur.

XL. De caballo extra consilium domini sui ascenso.

Si quis caballum extra consilium domini sui ascenderit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

XLI. De ligaminibus ingenuorum.

I. Si quis ingenuum ligaminibus ligaverit, & ejus culpam cum sex testibus in haraho non adprobaverit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis à contubernio probabiliter

Tom. I.

ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

III. Sed si unus homo cum sarellibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus, aut proximus ejus, quod innocens ligatus sit, cum sex juret.

XLII. De venationibus.

I. Si quis de diversis venationibus furverit aliquid, & celaverit, seu & de pescationibus, quindecim solidis culpabilis judicetur. Quia non est hæc res posseffa, sed de venationibus agitur.

II. Si quis cervum domitum vel cum triutis occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur.

III. Si autem in venatione non fuit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

XLI. De sepiis.

Si quis verò tres virgas unde sepi ligatur, vel retortas unde sepi continetur, capulaverit, aut tres camboras involaverit, seu in clausura aliena traugum ad transfundum fecerit, quindecim solidis multetur.

XLIV. De eo qui in messe alienam cum carro transferit.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transferit, quindecim solidis multetur.

XLV. De eo qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domum illius introduxerit.

Si quis nesciente homine furtivam rem in eius possessionem introduxerit, & ibidem inventa fuerit, quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur; vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituar.

XLVI. De quadrupedibus, si hominem occiderint.

I. Si quis quadrupes hominem occiderit, ipse quadrupes qui cum interfecit in medietatem vveregildi suscipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur.

II. Quod si quadrupes quadrupedem interfecerint, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat, & cum qui alium interfecerint, domino ejus, cuius quadrupes est interfactus, ipsum quadrupedem tribuat, & quantum interfactus vel debilis prius valuerat solvet.

C. ij

LEX RI-
PVARIO-
RVM.

XLVII. *De vestigio minando.*

I. Si quis animal suum per vestigium sequitur, & tertio die in domo cuiuslibet vel in quolibet loco eum invenient, liceat ei absque intertatio revocare.

II. Quod si in domo fuerit, & ei scrutinum cuius est domus contradixent, ut cur habeatur.

III. Quod si ibidem violenter ingrefsus fuerit, quindecim solidis multetur, aut cum sex juret.

XLVIII. *De homine qui sine heredibus moritur.*

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia Regis, live vir mulieri, vel mulier viro, seu cuicunque liber de proximus vel extraneis, adoptare in hereditatem vel adfatuim per scripturatum seriem, seu per traditionem, & testibus adhibitis, secundum legem Ripuarium licentiam habeat.

XLIX. *De adfatuim.*

Quod si adfatuus fuerit inter virum & mulerem, post dictum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum qui parem suum supervixerit, in elemosyna vel in sua necessitate expenderit.

L. *De testibus addibendis.*

I. Si quis testes ad mallum ante Centenarium vel Comitem, seu ante Ducem, Patricium, vel Regem necesse habuerit, ut donent testimonium, & fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille qui eos necessarios habet, manniere illos debet, ut testimonium quod sciuntur jurati dicant.

II. Quod si noluerint, & falsum testimonium praebuerint, & hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis tribus testibus quindecim solidis multetur.

LI. *De eo qui Graftonem ad res alienas invitat.*

I. Si quis judicem fiscalem ad res alienas injuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem admallatum habuerit, invitare praeumpserit, quinquaginta solidis multetur.

II. Quod si quis judex fiscalem amplius quam lex Ripuaria continet tulerit, quinquaginta solidis multetur.

LII. *De re praefata.*

Si quis rem suam alij praefiterit, & placitum indexerit, quod si super placitum rem praefitam retinere praefumperit, quindecim solidis multetur.

LIII. *De eo qui Graftonem interficerit.*

I. Si quis judicem fiscalem, quem Co-

mitem vocant, interficerit, sexcentis solidis multetur.

II. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum alcenderit, trecentis solidis multetur.

LIV. *De corporibus expoliatis.*

I. Si quis autem hominem mortuum antequam sepeliatur expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, sexaginta solidis multetur. Si autem negaverit, & postea convictus fuerit, centum solidis cum delatura multetur, aut cum sex juret.

II. Si quis mortuum effodere praesumperit, ducentis solidis multetur, aut cum duodecim juret.

LV. *De Rachinburgis legem dicentibus.*

Si quis caufam suam profequitur, & Rachinburgij inter eos secundum legem Ripuarium dicere noluerint, tunc ille in quem sententiam contrariam dixerint, dicat: *Ego vos tangano ut mibi legem dicatis.* Quod si dicere noluerint, & postea convicti fuerint, unusquisque eorum quindecim solidis multetur. Similiter & ille qui Rachinburgius recte dicentibus non adquieverit.

LV I. *De alodibus.*

I. Si quis abfque liberis defunctus fuerit, si pater matreque superstites fuerint, in hereditatem succedant.

II. Si pater matreque non fuerint, frater & soror succedant.

III. Si autem nec eos habuerit, tunc soror matris patrisque succedant. Et incepit ulque ad quintum genululum, qui proximus fuerit, in hereditatem succedat. Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.

L VII. *De libertis à domino ante Regem dimissi.*

I. Si quis libertum suum per manum propriam fecerit per alienam in praesentia Regis secundum legem Ripuarium ingenium dimiserit per denarium, & ejusdem rei chartam accepit, nullatenus eum permittimus in servitium inclinare; sed sicut reliqui Ripuarii liber permaneat.

II. Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit quod cum quis inlicito ordine ingenuum dimiserit, & ipse cum gladio suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem Regis ducentis solidis culpabilis judicetur, & ad partem ejus cuius servum inlicito ordine a jugo servitus absolvere nititur, qua-

41 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.

draginta quinque solidis multetur, & de omnibus rebus quas ei condonavit alienus existat.

II. Si autem se defensaverit, liber permaneat, & ille qui eum voluit inferire ducentis solidis Regi, quadraginta quinque illi qui defensatur, culpabilis judicetur.

IV. Si autem homo denariatus absque liberis discesserit, non alium nisi sicutum nostrum heredem relinquit.

VIII. De tabulariis.

Regino lib.
L. cap. 40. I. Hoc etiam jubemus, ut qualisquecumque Francis Riparius seu tabularius servum suum pro anima sua remedio seu pro pretio secundum legem Romanam libertate voluerit, ut in Ecclesia coram Presbyteris, Diaconibus, seu cuncto clero & plebe, in manu Episcopi servum cum tabulis tradat, & Episcopus Archidiaconum jubeat ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua Ecclesia vivit, scribere faciat; & tam ipse quam & omnis procreatio ejus liberi permaneant, & sub tuitione Ecclesiae constant, vel omnem redditum status aut servitum tabularij eorum Ecclesiae reddant. Et nullus tabularius denarium ante Regem praesummat jaicare. Quod si fecerit, ducentis solidis culpabilis judicetur, & nihilominus ipse tabularius & procreatio ejus tabularij persistant, & omnes redditus status eorum ad Ecclesiam reddant; & non aliubi nisi ad Ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.

II. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra Episcopum defensare voluerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur, & insuper hominem cum omnibus rebus suis Ecclesiae restituat. Quia inlicitum ducimus, quod Ecclesiae consecratus, iterum ab Ecclesiae revocare.

III. Nemo servum ecclesiasticum absque Vicario libertum facere praesumat.

IV. Tabularius autem qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi Ecclesiam relinquit heredem.

V. Quod si quis tabulas Episcoporum manibus seu Clericorum roboratas inrumperet voluerit, tunc Archidiaconus cum testibus qui tabulas roboraverunt, ante Episcopum vel Regem accedat, ut testes quod sciunt dicant. Quod si filii qui canam prosequitur, acquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia judicis perforentur, & Archidiaconus in presente sacramento fidem faciat & sibi leptimus super noctes septem conjuret cum ipsis testibus qui tabulas conscripserunt quod

ipse tabularius secundum legem Romanam legitimè fuisset ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui causam prosequitur in praesente confringatur ut se ante judicem repraesenteret, & ad partem Ecclesiae centum solidis culpabilis judicetur, & unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur, & Archidiacono quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur, & nihilominus tabulae stabiles permaneant.

VI. Quod si Archidiaconus ista adimplere contempserit, & auctorem suum, qui eum ingenuum dimisit, non invenerit, tunc tabularium ipse Archidiaconus cum quadraginta quinque solidis & cum omnibus rebus suis proprio domino fludeat restituere, & unuquisque de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur.

VII. Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, caufam qui prosequitur similem multam sustinet sicut superius scribere jussimus, & insuper ab Ecclesiae liminibus repellatur usque dum proprio domino ipse satisfaciatur.

VIII. Quod si quis tabularium ex servo alieno facere presumperit, tunc ille cuius servus est super eum manum mittere debet. Et si tabularius est, vel regius seu Romanus homo qui hoc facit, super septem noctes, si Francis, super quatuordecim de manu in manum ambulare deber, quamvis multae venditiones ex illo factae fuissent, usque dum ad eam manum veniat quae eum ingenuum dimisit. Et tunc ex eo judicium superius comprehensum adimplatur.

X. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularij in matrimonium sibi sociaverit, ipse cum ea servus permaneat. Si autem tantum moechatus fuerit, octavo dimidio solidi culpabilis judicetur, aut cum sex juret. Quod si tabularia hoc fecerit, ipsa & generatio ejus in servitium inclinentur.

XI. Si autem ecclesiasticus, Romanus, vel regius homo ingenuum Ripuarium accepit, aut si Romana, vel regia, seu tabularia ingenuum Ripuarium in matrimonium accepit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur.

XII. Quod si quis hominem regium

tabularium tam baronem quam femina

de mundburde Regis abstulerit,

C iij

sexaginta solidis culpabilis judicetur.
XIII. Similiter & ille qui tabulariam vel ecclesiasticam feminam seu baronem de mundeburde Ecclesiae abstulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur, & nihilominus generatio eorum ad mundeburdem Regis seu Ecclesiae revertatur.

XIV. Si autem Riparius ancillam Regis seu ecclesiasticam vel ancillam tabulariam sibi sociaverit, non ipse, sed procreatio ejus serviat.

XV. Si autem Riparius ancillam Ripuarum in matrimonium acceperit, ipse cum ea in servitio perseveret.

XVI. Similiter & si Riparia hoc fecerit, ipsa & generatio ejus in servitio perseverent.

XVII. Si autem ingenui cum ancilla mecchatius fuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Si autem servus hoc fecerit, tribus solidis culpabilis judicetur, aut castretur.

XVIII. Quod si ingenua Riparia servum Riparium secuta fuerit, & parentes ejus hoc contradicere voluerint, offeratur ei à Rege seu à Comite spata & conculca. Quod si spatam acceperit, servum interficiat. Si autem conculcam, in servitio perseveret.

XIX. Hoc etiam constitutimus, ut nullum hominem regium, Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tangatur, & nec alfaccia requiratur. Et si in praidente legitimemallatus fuerit, ea verba commoget, & non ei sic ut Ripuario ante altare verba commoget.

X. Servi autem Regis vel Ecclesiastici non per actores, sed ipsi pro semetipsis in judicio respondeant, & sacramenta absque tangano conjungent.

XI. Si autem homo regius homini regio vel ecclesiastico sacramento fidem fecerit, super septem noctes conjuret: si Ripario, super quatuordecim noctes. Similiter & Riparii ei faciat.

L IX. De venditionibus.

I. Si quis alteri aliquid vendiderit, & emptor testamentum venditionis accipere voluerit, in mallo hoc facere debet, & pretium in praesente tradat, & rem accipiat, & testamentum publice confirabitur. Quod si parva res fuerit, septem testibus firmetur: si autem magna, duodecim roboretur.

II. Et si quis in posterum hoc refragari vel fallax voluerit, à testibus convincatur, aut Cancellarius cum sacramento in-

terpositione cum simili numero quorum roboretur est, idoneum confirmet.

III. Quod si charta in judicio perforata idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis judicetur, & insuper ad partem Cancellarij quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur, & unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur, & ipsum testamentum inviolatum perseveret. Si autem testamentum falsatum fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, rem quam repetit cum sexaginta solidis recipiat, & insuper Cancellario pollex dexter afferatur, aut eum cum quinquaginta solidis redimatur, & unusquisque de testibus quindecim solidis multetur.

IV. Quod si ille qui causam sequitur manum Cancellarij de altari traxerit, aut ante oftium basilice manum posuerit, tunc ambo constringantur ut se super quatuordecim noctes seu super quadraginta ante Regem representare studeant pugnaturi.

V. Si autem Cancellarius mortuus fuerit, tunc ei licet, qui rem comparavit, cum tribus chartis, quas ipse Cancellarius scripsit, absque pugna chartam suam super altario positam idoneare.

VI. Quod si venditor vel heredes sui supervixerint, ipsi testamentum defendere debent, aut multam incurere.

VII. Quod de venditione conscripsimus, haec & de donatione constituimus. Hoc autem constitutimus, ut quicunque in causa victor extiterit, semper judicium conscriptum accipiat, aut testes.

VIII. Si quis in judicio interpellatus chartam praemaniibus habuerit, nulla ei malo ordine invasio requiratur: quia dum interpellatur, respondeat ad interrogaciones, & fine tangano loquatur, & dicat: Non malo ordine, sed per testamentum, hoc teneo.

IX. Filiis autem aut filiabus super duodecim solidos uni plusquam alteri nihil condonare vel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit, irritum habeatur.

L X. De traditionibus & testibus adhibendis.

I. Si quis villam aut vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparaverit, & testamentum accipere non potuerit, si mediocris res est, cum sex testibus, & si parva, cum tribus, quod si magna, cum duodecim ad locum traditionis cum totidem numero pueris accedat, & sic eis praesentibus pretium tradat, & possessionem accipiat, & unicuique de parvulis

45 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 46
REGIS 2.

alapas donet, & torqueat auriculas, ut ei in postmodum testimonium praebant. Si autem testes non potuerit congregare ut ei testimonium praebant, tunc rem suam cum sex sive cum septem cum sacramenti interpositione sibi studeat evindicare.

II. Si quis confortem suum quanticunque superpriserit, cum quindecim solidis restituantur.

III. Si autem infra testamentum Regis aliquid invaserit, aut cum sex juret quod infra terminationem testamenti nihil invaserit, aut cum sexaginta solidis omnem redditionem restituantur.

IV. Si autem ibidem infra terminatio nem aliqua indicia sua arte, vel butina, aut mutuli facte extiterint, ad sacramentum non admittatur, sed in presente cum legis beneficio cogatur restituere.

V. Quod si extra marcham in fortun atterius fuerit ingressus, judicium comprehensum compellatus adimplere.

VI. Quod si testamentum Regis abs que contrario testamento falsum clamaverit, non aliunde nisi de vita componat.

VII. Quod si duo testamenta Regum de una re extiterint, semper prior dupli cem fortior portionem.

VIII. Quod si quis de Ecclesia al quid vi abstulerit, cum supra scripta lege in triplum restituantur.

LXI. De libertate secundam legem Romanam.

I. Si quis servum suum libertum fecerit & civem Romanum, portaque apertas conscriperit, si sine liberis dilectetur, non alium nisi sicutum nostrum habeat heredem.

II. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam judicetur. Et eum interficerit, centum solidis multetur.

III. Quod si dominus ejus eum ante Regem denariatum facere voluerit, licentiam habeat.

LXII. De homine qui servum tributarium facit.

I. Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, si quis eum interficerit, triga nta sex solidis culpabilis judicetur.

II. Quod si denarialem eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc ducen tos solidos valeat.

LXIII. De homine in hoste occiso.

I. Si quis hominem in hoste interfec rit, triplici vvergildo culpabilis judicetur.

II. De furto similiter.

LXIV. De homine in domo propria occiso.
Si quis hominem in domo propria cum harraida interficerit, auctor facti triplici

vvergildo multetur, & tres priores no naginta solidis culpabiles judicentur. Et quanti ei sanguinem fuderint, unusquisque vvergildo eum componat. Et quanticumque post auctorem sanguinis effusores vel post tres priores fuerint, unusquisque quindecim solidis multetur: & quicquid ibi talaverint, restituant.

LXV. De eo qui bannam non adimpleat.

I. Si quis legibus in utilitatem Regis, sive in hoste, seu in reliquam utilitatem bannitus fuerit, & minimè adimpleverit, si aegritudo eum non detenerit, sexaginta solidis multetur.

II. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum triginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis autem legatarium Regis vel ad Regem seu in utilitatem Regis per gentem hospitio suscipere contempserit, nisi emunitas Regis hoc contradixerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur. Aut si regius, Romanus, aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum triginta solidis multetur.

LXVI. De sacramento.

I. Si quis Ripuarus sacramento fidem fecerit, super quatuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagesimus secundus cum legitimo termino noctium studeat conjurare. Si autem contentio orta fuerit quod sacramentum in die placito non conjurasset, tunc cum ter tia parte juratorum suorum affirmare studeat, aliquibus à dextris seu à sinistris stanibus. Sin autem nec sic satisficerit, tunc secundum praesentiam judicis vel secundum terminationem sextam juratorum suorum cum dextera armata tam prius quam posterius sacramentum in praesentia judicis confirmare studeat. Quod si verbis non dixerit, omnem repetitionem cum legis beneficio studeat reformare; & unusquisque de juratoribus quindecim solidis culpabilis judicetur. Si autem contradixerint, judicium accipient.

II. Si autem regius, Romanus, aut eccl esiasticus taliter egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam solutionem restituant.

LXVII. De eo qui filium non relinquit.

I. Si quis moriens debitofus, aut testa menta venditionis seu traditionis aliqua

LEX R.
PYARIA
B.V.M.

Capitularia

DAGOBERTI
REGIS L.

48

fecerit, si filios aut filias non reliquerit, quicunque de parentibus suis quantum unus solidus valet in hereditatem accep-
rit, vel cui vveregildus ejus, si interfectus fuisset, legitimè obveniebat, omne debi-
tum per ipsum solvi judicatur, & omne
factum ejus idoneare studeat, aut culpam
incurrat.

I. Si quis autem post fidem factam sa-
cramentum in hostem bannitus fuerit, si non
perrexerit, post quadraginta noctes, si au-
tem perrexerit, post armorum positionem
super quatuordecim noctes conjurare stu-
deat.

III. Quod si sacramentum ille qui pro-
sequitur non pronuntiaverit, ipse qui pla-
citavit ante annum revolutum vel septem
noctes sacramentum suum coram testibus
offerat, & conjurare studeat, & deinceps
innocens habeatur.

IV. Si autem non adimpleverit, om-
nem repetitionem cum legis beneficio re-
stituat.

V. Si quis pro hereditate vel pro inge-
nititate certare coepit post malo ordine,
cum sex in Ecclesia conjureret, & cum duo-
decim ad stappulum Regis in circulo &
in hasla, hoc est, in ramo, cum verbo-
rum contemplatione conjurare studeat. Si
non adimpleverit, cum legis beneficio re-
stituat. Aut si quis eum contra prendere
voluerit, aut cum armis suis se defensare
studeat ante Regem, aut omnem repeti-
tionem cum legis beneficio restituat.

L XVIII. De offa super viam sonante,
vel absque effusione sanguinis.

I. Si quis in capite vel in quoconque li-
ber membro plagatus fuerit, & os exinde
exierit, quod super viam duodecim pedum
in scuto iactum sonaverit, tringinta sex so-
lidis factus ei culpabilis judicetur.

II. Si autem plura offa exierint, pro
unoquoque offone sonante solidus addatur.

III. Quod si factum negaverit, quod
talis plaga non fuerit, in quantum con-
fessus fuerit solvatur, & de reliquo cum sex
jurat. Aut si non dixerit verbum, tam
ipse quam conjuratores sui, qui jurare
coeperunt, cum quindecim solidis resti-
tuant.

IV. Quod si quis absque effusione san-
guinis in quoconque liber membro os fre-
gerit, octodecim solidis culpabilis judice-
tur, aut cum sex juret quod os fractum
non fuisset, & tunc unum solidum com-
ponat.

V. Quod si quis absque effusione fan-

guinis alium brachio, pede, oculo, audi-
tu, mucrato, digito, vel quoconque li-
ber membro mancaverit, sic cum compo-
nat ac si cum gladio ipsum debilitasset.

L XIX. De eo qui Regi infidelis extiterit,
I. Si quis homo Regum infidelis extiterit,
de vita componat, & omnes res ejus fisco
conficiantur.

II. Si autem quis proximum sanguinis
interfecerit, vel incestum commisserit, exili-
lum sustineat, & omnes res ejus fisco cen-
santur.

L XX. De homine à ligno interfecto.

I. Si quis homo à ligno seu aliquilibet
manufactile fuerit interfactus, non solvan-
tar, nisi fortè quis auctorem interfectionis
in ipsis proprios adsumperit, tunc absque
redo culpabilis judicetur.

II. Si quis autem fossam vel puteum
fecerit, seu pedicam vel balistam incaute
posuerit, & ibidem hominem vel pecus
debilitaverit vel interfecerit, omne com-
positione, sicut lex continet Ripuaria,
culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum
legitimo numero juret.

III. Quod si in sepem animal impala-
verit, & ipsa sepis mentonalis non fuerit,
dominus lepis interfectionis seu debilitatis
reus culpabilis judicetur.

IV. Si autem virga deforis sepe incau-
te misla fuerit, & aliquid interfecerit, fol-
vatur. Si autem de intus sepe se in virga
impalaverit, non est solvendum.

V. Quod si quis in sepem vel in quo-
conque liber periculo res alienas invita-
minaverit, & ibidem interfecit vel debili-
tate fuerint, similes restituant, aut cum
sex juret quod hoc non fecisset.

L XXI. De festuca intercurrente.

De quaenamque causa festuca intercess-
erit, lacina interdicatur se cum sacramento
idoneare.

L XXII. De homine intertatu vel
pecore mortuo.

I. Si quis hominem intertaverit, & in-
tra placitum mortuus fuerit, in quadrivio
cum retorta in pede sepeliat, & ibidem
ad diem placitus cum testibus accedat, &
cum ipsis sex qui cum sepelire viderunt in
haraho conjuret quod ibidem ipse inter-
tatu absque interfectione hominum, pe-
cudum, vel alterius rei, nisi communis
morte consumptus sepultus jaceat, & per ip-
sam retortam in pede habeat, & per ip-
sam retortam super ipso sepulchro semper
de manu in manum ambulare debet usque
dum ad eam manum veniat que cum ini-
cito

49 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.

cito ordine vendidit vel furavit. Quod si ita non fecerit, capitale & delatura cum legis beneficio seu cum furto culpabilis judicetur.

II. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, super quatuordecim noctes, si extra ducatum, super quadraginta noctes, quod si extra regnum, super octoginta placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum reprobaretur non potuerit, capitale & delatura seu furto vel legis beneficio culpabilis judicetur.

III. Si autem eum interficerit, nisi in quadrivio cum retorta scelus, ipse capite & delatura cum furto seu cine vverdunia vel legis beneficio culpabilis judicetur.

IV. Si autem aliquid culpa commiserit dum intertatuus est, ipse de hoc culpabilis judicetur qui eum eo tempore post se retinuit.

V. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadrivio cum retorta scelus. Quod si ita non fecerit, ipse qui eum post le retinuit, premium rei cum legis beneficio culpabilis judicetur.

VI. Si autem animal intertatuum infra placitum mortuum fuerit, tunc ille qui causam prosequitur cum testibus memorare debet qualiter adpretiatum fuerit, & ille super quem intertatuatur, corio cum capite decorticato in praesentia judicis auctorem suum offendere debet. Quod si auctor receperit, tantum solidum unum de cine vverdunia pro corio restitutum.

VII. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertatuum fuerit, sic de cine vverdunia restitutum. Si autem sanum vel immaculatum restituerit, tunc omne premium suum recipiat.

VIII. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertatuum fuerit, capitale & delatura cum furto culpabilis judicetur.

IX. Vestimenta autem seu his familia absque probabili signo intertari prohibemus.

LXXIII. De homine ligato absque judicio dimisso.

I. Si quis ingenuus Ripuarus furem ligaverit, & eum absque judicio Principis solvere presumperit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis eum per vim tulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

Tom. I.

DAGOBERTI
REGIS 1.

III. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, & hoc cum sex juraverit quod absque ejus voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

IV. Si autem cui commendatus fuerit fuga evaserit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

LXXIV. Ut nullus cum servo traditionem vel communionem faciat;

Hoc autem constituumus, ut nullus cum servo alieno negotium faciat vel communionem facere non presumat, nec ei ullam commendationem vel traditionem faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem recipiat. Si quis autem post hanc distinctionem servo aliquid commendare presumperit, nihil recipiat, & dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de pueri vel de muliere alterius constituumus.

LXXV. De re propria vel secuta.

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via proprioserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendar, & sic postea ad Regis stappum ducat. Si autem aliter egerit, fur judicandus est. Quod si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat.

LXXVI. De materia mine vel lignis furatis.

Si quis Ripuarus in silva communis seu Regis vel alicuius locata materiam vel ligna fissa abstulerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Sic de venationibus vel de pescationibus, quia non res possessa est, sed de ligno agitur. Aut si negaverit, cum sex juret.

LXXVII. De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis comprehendenter, & eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, & non prevaluerit ligare, sed corpus ei excellerit, & eum interficerit, coram testibus in quadrivio in clida eum levare debet, & sic quadraginta seu quatuordecim noctes custodiare, & tunc ante judicem in haraho conjurare quod eum de vita forfactum interfecisset. Sin autem ista non adimpleverit, homicidij culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero juret quod hoc non fecisset.

LXXVIII. De eo qui furem in domo receperit.

Si quis furem in domo receperit, vel ei hospitium seu victimum praefiterit, dum res alias furatus fuerit, ipse similis furi culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod eum nec celasset nec in domo pavisset.

D

LXXIX. De homine pendato & ejus hereditate.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, & legitimè superjuratus, & judicio Principis pendutus, vel in quounque liber patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes possideant; excepto capitale & delatura in locum restituat.

LXXX. De via lacinia.

Si quis Riparius ingenuum Ripuarium de via sua obstaverit, quindecim solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod ei viam suam cum armis nunquam contradixisset.

LXXXI. Ut parvulus non respondeat ante quindecim annos.

Si quis homo Riparius defunctus fuerit, vel interfectus, & filium reliquerit, usque ad quintum decimum annum plenum nec causam prosequatur nec in iudicio interpellatus responsum reddat. Quindecimo autem anno aut ipse respondeat, aut defensorum eligat. Similiter & filia.

LXXXII. De damno in messe vel in clausura.

I. Si quis Riparius in messe aliena vel in quacunque liber clausura damnum fecerit, estimatione damni culpabilis judicetur. Si autem negaverit, & convictus fuerit, capitale cum furto & delatura culpabilis judicetur.

II. Si quis peculum alienum in messe adprehenderit ad parricum minare non permiserit, quindecim solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod hoc non fecisse.

LXXXIII. De maleficio.

I. Si quis vir seu qua mulier Riparia per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem perdidit, vveregildum componat.

II. Si autem mortuus non fuerit, & varietatem seu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

XXXIV. De Graffione injuste invitato.

Si quis Graffionem ad res alienas injuste endas invitaverit, quadraginta quin-

que solidos componat, & similem restituant.

LXXXV. De corpore expoliato.

I. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, centum solidis cum capitale & delatura multetur.

II. Si autem eum ex humo traxerit & expoliaverit, ducentis solidis cum capitale & delatura culpabilis judicetur, vel vvarus sit, hoc est, expulitus, usque dum parentibus satisficiat.

LXXXVI. De caballo excorticato.

I. Si quis caballum alterius mortuum seu quocunque liber animal extra consilium domini sui excorticaverit, triginta solidis culpabilis judicetur.

II. Si autem negaverit, & convictus fuerit, centum solidis cum capitale & delatura multetur.

LXXXVII. De homine forbannito.

Si quis hominem qui forbannitus est in dominum recipere presumperit, si Riparius est, sexaginta solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, triginta solidis culpabilis judicetur.

LXXXVIII. Ut nemo munera

in iudicio accipiat.

Hoc autem consensu & consilio seu paterna traditione & legis consuetudine super omnia jubemus, ut nullus optimatum, major domus, domesticus, Comes, Grafo, Cancellarius, vel quibuslibet gradibus sublimatus, in provincia Riparia in iudicio residens, munera ad judicium pervertendum non recipiat. Quod si quis in hoc apprehensu fuerit, de vita componat.

LXXXIX. Ut judices seve missi fiscales
freda non exigant priusquam
facinus componatur.

Nec nullus judex fiscalis de quacunque liber causa feda non exigit priusquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componatur. Fredum autem non illi judici tribuat cui culpan commisit, sed illi qui solutionem recipit, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat. Amen.

EXPLICIT LEX RIVARORVM. DEO GRATIAS. AMEN.



78. De eo qui furem in domo reperit.
 79. De homine penduto & ejus hereditate.
 80. De via lacina.
 81. Ut parvulus non respondet ante quindecim annos.
 82. De damno in messe vel in clausura.
 83. De maleficio.
 84. De Graffone injisio invitato.
85. De corpore expoliato.
 86. De caballo exorcicato.
 87. De homine forbannito.
 88. Ut nemo munera in judicio accipiat.
 89. Ut iudices sive Missi fiscales freda non exigit priusquam facinus componatur.

EXPLICIUNT CAPITUL A.

INCIPIT LEX RIPVARIORVM.

I. De icta ingenuorum.

Si quis ingenuus ingenuum icta percussit, solidi uno culpabilis judicetur. Si bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis judicetur.

II. De sanguinis effusione.

Si quis ingenuus ingenuum percussit, ut sanguis exeat, terramque tangat, bis novem solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum sex juret.

III. De osse fracto.

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

IV. De penico.

Si quis ingenuus alterum transpuncxit, aut infra costas plagaverit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

V. De debilitibus.

I. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si autem auditum non perdidit, quinquaginta solidos componat.

II. Si nasum excusserit, ut maccare non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si maccare prevalet, quinquaginta solidos componat.

III. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si virus in oculo restiterit, ita ut videre possit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IV. Si manum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si manus ibidem manca peperderit, quinquaginta solidos componat.

V. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur. Quod si pollex ibidem mancus peperderit, viginti quinque solidis culpabilis judicetur.

VI. Sic in omni mancione, si membrum mancum pendiderit, medietatem componat quam componere debuerat si ipsum membrum abscessum fuisset.

VII. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussum fuerit, triginta sex solidis componatur.

VIII. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, centum solidos componat. Si pes mancus ibidem pendiderit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IX. Si articulum qualcumque amputaverit, triginta sex solidis culpabilis judicetur.

X. Ita omnia si negaverit, cum sex juret quod hoc non fecisset.

V. I. De castratione.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VII. De homicidio ingenuorum.

Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuanum interficerit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VIII. De homicidio fervorum.

Si quis servum interficerit, triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod hoc non fecisset.

IX. De homicidio hominum Regis.

Si quis hominem regium interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

X. De homicidio hominum ecclesiasticorum.

I. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

II. Sic in reliqua compositione unde Ripuarus quindecim solidis culpabilis judicetur, regius & ecclesiasticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcumque culpa ascenderit.

LXX R.
PVARO-
RYM.

XI. De homicidio corum qui in trufe
Regis sunt.

I. Si quis eum interficerit qui in trufe
regia est, sexcentis solidis culpabilis judi-
cetur. Et quicquid ei fieri, similiter sicut
reliquo Ripuario in triplum compon-
natur.

II. De occidente eius, si negaverit,
cum septuaginta duobus juret.

III. Si quis regio aut ecclesiastico ho-
mini de quacunque liber re forciam fece-
rit, & per vim tulierit, in triplum sicut re-
liquo Ripuario componat.

XII. De homicidio mulierum.

I. Si quis feminam Ripuarium interfe-
cerit, postquam parturire ceperit, usque
ad quadragesimum annum, sexcentis so-
lidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit,
cum septuaginta duobus juret. Et ubi-
cunque sexcenti solidi accedunt, simili modo
cum septuaginta duobus juret.

II. Si ille homo pauper fuerit, ut insi-
mul solvere non posset, per tres decepsio-
nes filiorum solvat.

XIII. De homicidio puerarum.

Si quis puellam Ripuarium interficerit,
ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut
si negaverit, cum duodecim juret.

XIV. De malitia ecclesiastica.

I. Si quis feminam regiam aut ecclesias-
ticam parentem interficerit, trecentis
solidis culpabilis judicetur, aut cum tri-
ginta sex juret.

II. Quod si puellam post quadragesim-
um annum interficerit, ducentis solidis
culpabilis judicetur, aut cum duodecim
juret.

XV. De homine mordrido.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium
interfecerit, & eum cum ramo cooperie-
nit, vel in puteo seu in quocunque liber
loco celare voluerit, quod dicitur mor-
dridus, sexcentis solidis culpabilis judice-
tur, aut cum septuaginta duobus juret.

XVI. De captivo homine vel feminâ ingenuâ.

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium
extra solum vendidit, & iterum eum ad
solum non poterit reducere, sexcentis
solidis culpabilis judicetur, aut cum sep-
tuaginta duobus juret. Et si eum in solum
reducere, ducentis solidis culpabilis judi-
cetur. Quod & de femina ingenua simili-
ter convenit observare.

XVII. De incendio.

I. Si quis hominem per noctem latenter
incenderit, sexcentis solidis culpabilis ju-
dicetur, & insuper damnum & delataram
restituat. Aut si negaverit, cum septua-
ginta duobus juret.

II. Si servus hoc fecerit, xxxvi. sol.
culp. jud. & insuper damnum & delatara-
m restituat. Aut si negaverit, dominus
eius cum sex juret.

XVIII. De fomefit.

I. Quod si ingenuus sonetti id est, duo-
decim equas cum amissario, aut sex scro-
vas cum verre, vel duodecim vaccas cum
tauro furatus fuerit, sexcentis solidis cul-
pabilis judicetur, & insuper capitale &
delataram restituat. Quod si multi inge-
nuu fuerint, sicut in omni furto constitu-
imus, unusquisque sexcentis solidis cul-
pabilis judicetur, & insuper capitale &
delataram restituant. Aut si negaverint, sin-
guli cum septuaginta duobus juret.

II. Quod si servus hoc fecerit, triginta
sex solidis culpabilis judicetur, & insuper
capitale & delataram restituat. Et si mul-
torum servi fuerint, unusquisque per se-
metipsum similiter faciat. Aut si nega-
verint, dominii eorum cum sex juret.

III. Si homo ecclesiasticus aut regius
hoc fecerit, medietate compositionis Fran-
corum culpabilis judicetur. Aut si nega-
verit, cum triginta sex juret.

XIX. De istu servorum.

I. Si ingenuus servum iactu percusserit,
ut sanguis non exeat, usque ternos col-
pos, quod nos dicimus bumslegi, singulos
solidos componat. Aut si negaverit, cum
sex juret.

II. Si homo ecclesiasticus aut regius hoc
fecerit, tribus solidis culpabilis judicetur,
aut cum sex juret.

III. Quod si servus homini regio aut
ecclesiastico vel Franco hoc fecerit, per
ternos iactus tres solidos componat. Aut si
negaverit, dominus eius cum sex juret.

X X. De effusione sanguinis.

I. Si servus ingenuo aut regio vel eccl-
esiastico homini sanguinis effusionem fece-
rit, quinto dimidio solidi culpabilis judi-
cetur. Aut si negaverit, dominus eius cum
sex juret.

II. Similiter si ingenuus aut regius vel
ecclesiasticus homo servo os fregerit, novem
solidis culpabilis judicetur, aut dominus
eius cum sex juret.

X XI. De offe fratello servorum.

Quod si ingenuus aut regius vel eccl-
esiasticus homo servo os fregerit, novem
solidis culpabilis judicetur, aut dominus
eius cum sex juret.

XXII.

XII. *De offe fracto ingenuorum à servo.*
Quod si servus homini Franco aut Ripuario os fregerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur. Si autem regio aut ecclesiastico homini hoc fecerit, bis novem solidis culpabilis judicetur.

XIII. *De iētu servorum in servo.*
Quod si servus servum iētu uno vel duobus seu tribus percusserit, nihil est. Sed tamen, propter pacis studium, tremissem, id est, quatuor denarios, componat.

XIV. *De sanguinis effusione servorum à servo.*

Si autem servus servo sanguinis effusione fecerit, tertio dimidio solidi culpabilis judicetur.

XV. *De offe fracto servorum à servo.*

Si os ei fregerit, quinque solidis culpabilis judicetur.

XVI. *De debilitatibus servorum.*

Quod si oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excusserit, bis novem solidis dominus ejus culpabilis judicetur.

XVII. *De castratione servorum.*

Si autem eum castraverit, triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

XVIII. *De interfectione servorum à servo.*

Si autem servus servum interfecerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod servus eus hoc non fecisset.

XIX. *De furtis servorum.*

Quod si servus furtum fecerit, dominus ejus triginta sex solidis culpabilis judicetur; excepto capitale & delaturam restituat.

XX. *De interpellatione servorum.*

I. Quod si quis in judicio pro servo interpellatus fuerit, si servus talis non fuerit unde dominus ejus de fiducia securus esse posse, dominus ejus in judicio pro eo interrogatus respondeat & sine tangendo loquatur, & dicat: *Ego ignoro utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc existiterit. Proprietas cum secundum legem Ripuarium super quatuordecim noctes ad ignem represento.* Et sic de ejus praesentia cum festuca fidem faciat. Quod si servus in ignem manum miserit, & lesam tulerit, dominus ejus, sicut lex continet, de furto servi culpabilis judicetur.

II. Quod si servus, quando dominus interpellatus fuerit, infra ducatum fuga lapsus fuerit, supra quatuordecim noctes aut ipsum represente, aut pro eo faciat rationem. Quod si postquam cum ad ig-

Tom. I.

nem applicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cum tribus testibus in haraho conjuret quod servus ille, quem ad ignem representare debuerat, extra ejus voluntatem fuga lapsus sit, & sic denuo placitus ei concedatur, ut super quatuordecim seu super quadraginta noctes eum representare studeat, aut ipse in rem respondeat.

XXXI. *De homine ingenuo representando.*

I. Quod si homo ingenuus in obsequio alterius inculpatus fuerit, ipse qui eum post se eodem tempore retinuit, in praesentia judicis similiter, sicut superiori comprehensione est, representare studeat, aut in rem respondere.

II. Quod si eum non representaverit, tale damnum incurrat quale ille sustinere debuerat qui in ejus obsequio est inculpatus.

III. Hoc autem constituimus, ut infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, seu de quacunque natione commoratus fuerit, in judicio interpellatus, sicut lex loci continet ubi natus fuerit, sic respondeat.

IV. Quod si damnatus fuerit, secundum legem propriam, non secundum Ripuarium, damnum sustineat.

V. Quod si in provincia Ripuaria juratores invenire non potuerit, adignem seu ad fortem se excusare studeat.

XXXII. *De manni.*

I. Si quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non venerit, si eum funnis non detinuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Ille vero qui alium mannit, & ipse non venit, similiter quindecim solidis culpabilis judicetur.

II. Si autem mannitus fuerit ad secundum mallum, aut ad tertium, seu ad quartum, vel quintum, usque ad sextum venire distulerit, pro unoquoque mallo, si ille qui cum mannit, cum tribus Rachinburgis in haraho conjuraverit quod legitimè mannitus fuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur.

III. Quod si ad septimum mallum non venerit, tunc ille qui cum mannit, ante Comitem cum septem Rachinburgis in haraho jurare deberet quod eum ad strudem legitimam admallatum habet, & sic iudex fiscalis ad domum illius accedere debet, & legitimam strudem exinde auferre, & ei tribuere qui cum interpellavit, hoc est, septem Rachinburgis, unicuique quindecim

Lib. 121.
Capitular.
c. 45. & lib.
v. c. 111.

C

LXXXI. cim solidos, & ei qui causam prosequitur,
RIPARIOS quadraginta quinque.

XV. Quod si ipsam strudem contradicere voluerit, & ad janam suam cum spata trahiacecent, & eam in portavive in poste posuerit, tunc judex fidejusfores ei exigat ut se ante Regem representet, & ibidem cum armis suis contra contrarium suum se studeat defensare.

XXXIII. De intertiare.

I. Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam. Et si ille super quem intertiatur, tertiam manum querat, tunc in praesente ambo conjurare debent cum dextera armata, & cum sinistra ipsam rem teneant. Vnus juret quod in propriam rem manum mittat, & alius juret quod ad eam manum trahat qui ei ipsam rem dedit. Et si infra ducatum est, super quatuordecim noctes auctorem suum representet. Si foris ducatum, super quadraginta. Si autem extra regnum, super octuaginta ad Regis stappium, vel ad eum locum ubi nullus est, auctorem suum in praesente habeat.

II. Quod si eum ibidem habere non potuerit, sibi septimus in haraho conjaret quod eum ibidem legibus manum habuisse, & sibi ab alio homine ipsa res tradita non fuisset. Si ei placitum super quatuordecim seu super quadraginta vel octuaginta noctes detur, ut cincverduum iuam in praesentia testium recipiat, & ei qui rem iuam intertiavit, probabiliter ostendat. Et tunc ipse de furto fecurus sit, & ille qui intertiavit, furtum & delaturam ab eo requirat qui solvere coepit.

III. Quod si auctor suus venerit, & rem intertiatam recipere renuerit, tunc ille super quem intertiata est capitale & delaturam atque furtum solvere studeat.

IV. Quod si in ipsa hora, quando res intertiatur, responderit quod fordronem suum neciat, tunc in praesente de sacramento sibi septima manu fidem faciat, & super quatuordecim noctes adjurare studeat quod auctorem vel casam seu postem januas auctoris sui neciat, & ipsam rem sine danno reddat.

XXXIV. De raptu ingenuarum mulierum.

I. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam rapuerit, bis centenii solidis noxiis judicetur. Quod si tres ingenui cum ipso fuerint, unusquisque eorum sexaginta solidis noxiis judicetur. Et quanti super illos quatuor fuerint, unusquisque

Capitularia

DAGOBERTI
REGIS 2.

36

quindecim solidis noxiis judicetur.

II. Quod si regius aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, centum solidis culpabilis judicetur.

III. Similiter illi tres qui ei auxilium praebuerint, unusquisque triginta solidis culpabilis judicetur. Et quanti super hos fuerint, unusquisque octavo semifolido multetur.

IV. Quod si servus hoc fecerit, de vita componat.

XXXV. De eo qui uxorem alienam tulerit.

I. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ducentis solidis multetur.

II. Si quis cum ingenua puella moechatus fuerit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si qui ingenuam pueram vel mulierem, que in verbo Regis vel ecclesiastica est, accipere vel seducere presumperit, seu parentum voluntate de mundeburde abstulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

XXXVI. De diversis interfectionibus.

I. Si quis Riparius advenam Francum interfecit, ducentis solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis Riparius advenam Burgundionem interfecit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis Riparius advenam Romanum interfecit, centum solidis multetur.

IV. Si quis Riparius advenam Alamannum, seu Fretionem, vel Bajuvarium, aut Saxonem interfecit, centum sexaginta solidis culpabilis judicetur.

V. Si quis Clericum interfecit, iuxta quod nativitas ejus fuit, ita componatur. Si servus, sicut servum. Si regius aut ecclasiasticus, sicut alium regium aut ecclasiasticum. Si litus, sicut litum. Si liber, sicut alium ingenuum cum ducentis solidis componat.

VI. Si quis Subdiaconum interfecit, Lib. III.
Capitular.
cap. 25. quadragesimos solidos componat.

VII. Si quis Diaconum interfecit, quingentes solidos componat.

VIII. Si quis Presbyterum ingenuum interfecit, sexcentos solidos componat.

IX. Si quis Episcopum interfecit, nongentos solidos componat.

X. Si quis partum in femina interfecit, seu natum priusquam nomen habeat, centum solidis culpabilis judicetur. Quod si matrem cum partu interfecit, septingentis solidis multetur.

XI. Si quis vvergedulum solvere deberet,

37 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.

bovem cornutum videntem & sanum pro duobus solidis tribuat, vaccam cornutam videntem & sanam pro uno solido tribuat, equum videntem & sanum pro sex solidis tribuat, equam videntem & sanam pro tribus solidis tribuat, spatum cum scogilo pro septem solidis tribuat, spatum absque scogilo pro tribus solidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim solidis tribuat, helnum cum directo pro sex solidis tribuat, bainbergas bonas pro sex solidis tribuat, scutum cum lancea pro duobus solidis tribuat, acceptorem non domitum pro tribus solidis tribuat, commorsum gruarium pro sex solidis tribuat, acceptorem mutatum pro duodecim solidis tribuat.

XII. Quod si cum argento solvere contigerit, pro solido duodecim denarios, sicut antiquus est constitutum.

XXXVI. De dotibus mulierum.

I. Si quis mulierem desponsaverit, quicquid ei per tabularum seu chartarum instrumenta conscriperit, perpetualiter in convulsum permaneat.

II. Si autem per seriem scripturarum nihil contulerit, si virum supervixerit, quinquaginta solidos in donem recipiat, & tertiam partem de omni re quam simul colaboraverint fibi studeat evincere; vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, similiter faciat.

III. Quod si ex his que conscripta vel tradita sunt simul confluenterit, nihil requirat.

XXXVIII. De eo qui hominem innocentem ad Regem accusaverit.

Si quis hominem innocentem ad Regem accusaverit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

XXXIX. De eo qui ingenuam mulierem vel brachium strinxerit.

Si quis ingenuam mulieri manum strinxerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Certè si super cubitum manum miserit, tringinta solidis multetur.

XL. De caballo extra consilium domini sui ascenso.

Si quis caballum extra consilium domini sui ascenderit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

XLI. De ligaminibus ingenuorum.

I. Si quis ingenuum ligaminibus ligaverit, & ejus culpam cum sex testibus in haraho non adprobaverit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis à contubernio probabiliter

Tom. I.

ligatus super res alienas fuerit, eum ad excusationem non permittimus.

III. Sed si unus homo cum sarellitibus suis hominem ligaverit, aut ipsum excusare permittimus, aut proximus ejus, quod innocens ligatus sit, cum sex juret.

XLII. De venationibus.

I. Si quis de diversis venationibus furverit aliquid, & celaverit, seu & de pescationibus, quindecim solidis culpabilis judicetur. Quia non est hæc res posseffa, sed de venationibus agitur.

II. Si quis cervum domitum vel cum triutis occiderit, aut furatus fuerit, non sicut de reliquis animalibus furtum exigatur, sed tantum quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur.

III. Si autem in venatione non fuit, tringinta solidis culpabilis judicetur.

XLI. De sepiis.

Si quis verò tres virgas unde sepi ligatur, vel retortas unde sepi continetur, capulaverit, aut tres camboras involaverit, seu in clausura aliena traugum ad transfundum fecerit, quindecim solidis multetur.

XLIV. De eo qui in messe alienam cum carro transferit.

Si quis per messem alienam cum carro vel carruca transferit, quindecim solidis multetur.

XLV. De eo qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domum illius introduxit.

Si quis nesciente homine furtivam rem in eius possessionem introduxit, & ibidem inventa fuerit, quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur; vel quicquid ei damnum accesserit, aliud tantum restituar.

XLVI. De quadrupedibus, si hominem occiderint.

I. Si quis quadrupes hominem occiderit, ipse quadrupes qui cum interfecit in medietatem vveregildi suscipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis solvere studeat absque fredo: quia quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur.

II. Quod si quadrupes quadrupedem interfecerint, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat, & cum qui alium interfecerint, domino ejus, cuius quadrupes est interfactus, ipsum quadrupedem tribuat, & quantum interfactus vel debilis prius valuerat solvet.

C. ij

LEX RI-
PVARIO-
RVM.

XLVII. *De vestigio minando.*

I. Si quis animal suum per vestigium sequitur, & tertio die in domo cuiuslibet vel in quolibet loco eum invenient, liceat ei absque intertatio revocare.

II. Quod si in domo fuerit, & ei scrutinum cuius est domus contradixent, ut cur habeatur.

III. Quod si ibidem violenter ingrefsus fuerit, quindecim solidis multetur, aut cum sex juret.

XLVIII. *De homine qui sine heredibus moritur.*

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia Regis, live vir mulieri, vel mulier viro, seu cuicunque liber de proximus vel extraneis, adoptare in hereditatem vel adfatuim per scripturatum seriem, seu per traditionem, & testibus adhibitis, secundum legem Ripuarium licentiam habeat.

XLIX. *De adfatuim.*

Quod si adfatuus fuerit inter virum & mulerem, post dictum amborum ad legitimos heredes revertatur, nisi tantum qui parem suum supervixerit, in elemosyna vel in sua necessitate expenderit.

L. *De testibus addibendis.*

I. Si quis testes ad mallum ante Centenarium vel Comitem, seu ante Ducem, Patricium, vel Regem necesse habuerit, ut donent testimonium, & fortasse testes noluerint ad placitum venire, ille qui eos necessarios habet, manniere illos debet, ut testimonium quod sciuntur jurati dicant.

II. Quod si noluerint, & falsum testimonium praebuerint, & hoc adprobatum fuerit, unusquisque de illis tribus testibus quindecim solidis multetur.

LI. *De eo qui Graftonem ad res alienas invitat.*

I. Si quis judicem fiscalem ad res alienas injuste tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad strudem admallatum habuerit, invitare praeumpserit, quinquaginta solidis multetur.

II. Quod si quis judex fiscalem amplius quam lex Ripuaria continet tulerit, quinquaginta solidis multetur.

LII. *De re praefata.*

Si quis rem suam alij praefiterit, & placitum indexerit, quod si super placitum rem praefitam retinere praefumperit, quindecim solidis multetur.

LIII. *De eo qui Graftonem interficerit.*

I. Si quis judicem fiscalem, quem Co-

mitem vocant, interficerit, sexcentis solidis multetur.

II. Quod si regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum alcenderit, trecentis solidis multetur.

LIV. *De corporibus expoliatis.*

I. Si quis autem hominem mortuum antequam sepeliatur expoliaverit, si interrogatus confessus fuerit, sexaginta solidis multetur. Si autem negaverit, & postea convictus fuerit, centum solidis cum delatura multetur, aut cum sex juret.

II. Si quis mortuum effodere praesumperit, ducentis solidis multetur, aut cum duodecim juret.

LV. *De Rachinburgis legem dicentibus.*

Si quis caufam suam profequitur, & Rachinburgij inter eos secundum legem Ripuarium dicere noluerint, tunc ille in quem sententiam contrariam dixerint, dicat: *Ego vos tangano ut mibi legem dicatis.* Quod si dicere noluerint, & postea convicti fuerint, unusquisque eorum quindecim solidis multetur. Similiter & ille qui Rachinburgius recte dicentibus non adquieverit.

LV I. *De alodibus.*

I. Si quis abfque liberis defunctus fuerit, si pater matreque superstites fuerint, in hereditatem succedant.

II. Si pater matreque non fuerint, frater & soror succedant.

III. Si autem nec eos habuerit, tunc soror matris patrisque succedant. Et incepit ulque ad quintum genululum, qui proximus fuerit, in hereditatem succedat. Sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.

L VII. *De libertis à domino ante Regem dimissi.*

I. Si quis libertum suum per manum propriam fecerit per alienam in praesentia Regis secundum legem Ripuarium ingenium dimiserit per denarium, & ejusdem rei chartam accepit, nullatenus eum permittimus in servitium inclinare; sed sicut reliqui Ripuarii liber permaneat.

II. Sed si quis ei postmodum contrarius extiterit quod cum quis inlicito ordine ingenuum dimiserit, & ipse cum gladio suo hoc studeat defensare. Aut si auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut si legibus eum non potuerit defensare, ad partem Regis ducentis solidis culpabilis judicetur, & ad partem ejus cuius servum inlicito ordine a jugo servitus absolvere nititur, qua-

41 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.
650.

draginta quinque solidis multetur, & de omnibus rebus quas ei condonavit alienus existat.

II I. Si autem se defensaverit, liber permaneat, & ille qui eum voluit inferire ducentis solidis Regi, quadraginta quinque illi qui defensatur, culpabilis judicetur.

IV. Si autem homo denariatus absque liberis discesserit, non alium nisi filium nostrum heredem relinquit.

L V I I I. De tabulariis.

Regino lib. L cap. 40. I. Hoc etiam jubemus, ut qualisquecumque Francus Riparius seu tabularius servum suum pro anima sua remedio seu pro pretio secundum legem Romanam libertate voluerit, ut in Ecclesia coram Presbyteris, Diaconibus, seu cuncto clero & plebe, in manu Episcopi servum cum tabulis tradat, & Episcopus Archidiaconum jubeat ut ei tabulas secundum legem Romanam, qua Ecclesia vivit, scribere faciat; & tam ipse quam & omnis procreatio ejus liberi permaneant, & sub tuitione Ecclesiae constant, vel omnem redditum status aut servitum tabularij eorum Ecclesiae reddant. Et nullus tabularius denarium ante Regem praesummat jaicare. Quod si fecerit, ducentis solidis culpabilis judicetur, & nihilominus ipse tabularius & procreatio ejus tabularij persistant, & omnes redditus status eorum ad Ecclesiam reddant; & non aliubi nisi ad Ecclesiam, ubi relaxati sunt, mallum teneant.

II. Quod si quis tabularium seu ecclesiasticum hominem contra Episcopum defensare voluerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur, & insuper hominem cum omnibus rebus suis Ecclesiae restituat. Quia inlicitum ducimus, quod Ecclesiae consecutus, iterum ab Ecclesiae revocare.

III. Nemo servum ecclesiasticum absque Vicario libertum facere praesumat.

IV. Tabularius autem qui absque liberis discesserit, nullum alium nisi Ecclesiam relinquit heredem.

V. Quod si quis tabulas Episcoporum manibus seu Clericorum roboratas inrumperet voluerit, tunc Archidiaconus cum testibus qui tabulas roboraverunt, ante Episcopum vel Regem accedat, ut testes quod sciunt dicant. Quod si filii qui canam prosequitur, acquiescere noluerit, tunc tabulae in praesentia judicis perforentur, & Archidiaconus in presente sacramento fidem faciat & sibi leptimus super noctes septem conjuret cum ipsis testibus qui tabulas conscripserunt quod

ipse tabularius secundum legem Romanam legitimè fuisse ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui causam prosequitur in

Lex R. PVARIO-
RYM.

præsente confringatur ut se ante judicem repræsenteret, & ad partem Ecclesiae centum solidis culpabilis judicetur, & unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur, & Archidiacono quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur, & nihilominus tabulae stabiles permaneant.

VI. Quod si Archidiaconus ista admovere contempserit, & auctorem suum, qui eum ingenuum dimisit, non invenerit, tunc tabularium ipse Archidiaconus cum quadraginta quinque solidis & cum omnibus rebus suis proprio domino fludeat restituere, & unuquisque de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur.

VII. Quod si auctor dimissionis eum ingenuum fecerit, caufam qui prosequitur similem multam sustinet sicut superius scribere jussimus, & insuper ab Ecclesiae liminibus repellatur usque dum proprio domino ipse satisfaciatur.

VIII. Quod si quis tabularium ex servo alieno facere præsumperit, tunc ille cuius servus est super eum manum mittere debet. Et si tabularius est, vel regius seu Romanus homo qui hoc facit, super septem noctes, si Francus, super quatuordecim de manu in manum ambulare deberet, quamvis multæ venditiones ex illo factæ fuissent, usque dum ad eam manum veniat quæ eum ingenuum dimisit. Et tunc ex eo judicium superius comprehensum adimpleretur.

X. Si autem tabularius ancillam regiam aut ecclesiasticam seu ancillam tabularij in matrimonium sibi sociaverit, ipse cum ea servus permaneat. Si autem tantum moechatus fuerit, octavo dimidio solidi culpabilis judicetur, aut cum sex juret. Quod si tabularia hoc fecerit, ipsa & generatio ejus in servitum inclinentur.

XI. Si autem ecclesiasticus, Romanus, vel regius homo ingenuum Ripuarium accepit, aut si Romana, vel regia, seu tabularia ingenuum Ripuarium in matrimonium accepit, generatio eorum semper ad inferiora declinetur.

XII. Quod si quis hominem regium

tabularium tam baronem quam femina

nam de mundburde Regis abstulerit,

C iij

sexaginta solidis culpabilis judicetur.
XIII. Similiter & ille qui tabulariam vel ecclesiasticam feminam seu baronem de mundeburde Ecclesiae abstulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur, & nihilominus generatio eorum ad mundeburdem Regis seu Ecclesiae revertatur.

XIV. Si autem Riparius ancillam Regis seu ecclesiasticam vel ancillam tabulariam sibi sociaverit, non ipse, sed procreatio ejus serviat.

XV. Si autem Riparius ancillam Ripuarum in matrimonium acceperit, ipse cum ea in servitio perseveret.

XVI. Similiter & si Riparia hoc fecerit, ipsa & generatio ejus in servitio perseverent.

XVII. Si autem ingenui cum ancilla meccchatus fuerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Si autem servus hoc fecerit, tribus solidis culpabilis judicetur, aut castretur.

XVIII. Quod si ingenua Riparia servum Riparium secuta fuerit, & parentes ejus hoc contradicere voluerint, offeratur ei à Rege seu à Comite spata & conculca. Quod si spatam acceperit, servum interficiat. Si autem conculcam, in servitio perseveret.

XIX. Hoc etiam constitutimus, ut nullum hominem regium, Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tangatur, & nec alfaccia requiratur. Et si in praidente legitimemallatus fuerit, ea verba commoget, & non ei sic ut Ripario ante altare verba commoget.

X. Servi autem Regis vel Ecclesiastici non per actores, sed ipsi pro semetipsis in judicio respondeant, & sacramenta absque tangano conjungent.

XI. Si autem homo regius homini regio vel ecclesiastico sacramento fidem fecerit, super septem noctes conjuret: si Ripario, super quatuordecim noctes. Similiter & Riparius ei faciat.

L IX. De venditionibus.

I. Si quis alteri aliquid vendiderit, & emptor testamentum venditionis accipere voluerit, in mallo hoc facere debet, & pretium in praesente tradat, & rem accipiat, & testamentum publice confirabitur. Quod si parva res fuerit, septem testibus firmetur: si autem magna, duodecim roboretur.

II. Et si quis in posterum hoc refragari vel fallax voluerit, à testibus convincentur, aut Cancellarius cum sacramento in-

terpositione cum simili numero quorum roboretur est, idoneum confirmet.

III. Quod si charta in judicio perforata idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis judicetur, & insuper ad partem Cancellarij quadraginta quinque solidis culpabilis judicetur, & unicuique de testibus quindecim solidis culpabilis judicetur, & ipsum testamentum inviolatum perseveret. Si autem testamentum falsatum fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, rem quam repetit cum sexaginta solidis recipiat, & insuper Cancellario pollex dexter afferatur, aut eum cum quinquaginta solidis redimatur, & unusquisque de testibus quindecim solidis multetur.

IV. Quod si ille qui causam sequitur manum Cancellarij de altari traxerit, aut ante oftium basilice manum posuerit, tunc ambo constringantur ut se super quatuordecim noctes seu super quadraginta ante Regem representare studeant pugnaturi.

V. Si autem Cancellarius mortuus fuerit, tunc ei licet, qui rem comparavit, cum tribus chartis, quas ipse Cancellarius scripsit, absque pugna chartam suam super altario positam idoneare.

VI. Quod si venditor vel heredes sui supervixerint, ipsi testamentum defendere debent, aut multam incurere.

VII. Quod de venditione conscripsimus, haec & de donatione constituimus. Hoc autem constitutimus, ut quicunque in causa victor extiterit, semper judicium conscriptum accipiat, aut testes.

VIII. Si quis in judicio interpellatus chartam praemaniibus habuerit, nulla ei malo ordine invasio requiratur: quia dum interpellatur, respondeat ad interrogaciones, & fine tangano loquatur, & dicat: Non malo ordine, sed per testamentum, hoc teneo.

IX. Filiis autem aut filiabus super duodecim solidos uni plusquam alteri nihil condonare vel conscribere permittimus. Quod si quis fecerit, irritum habeatur.

L X. De traditionibus & testibus adhibendis.

I. Si quis villam aut vineam vel quamlibet possessiunculam ab alio comparaverit, & testamentum accipere non potuerit, si mediocris res est, cum sex testibus, & si parva, cum tribus, quod si magna, cum duodecim ad locum traditionis cum totidem numero pueris accedat, & sic eis praesentibus pretium tradat, & possessionem accipiat, & unicuique de parvulis

45 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 46
REGIS 2.

alapas donet, & torqueat auriculas, ut ei in postmodum testimonium praebant. Si autem testes non potuerit congregare ut ei testimonium praebant, tunc rem suam cum sex sive cum septem cum sacramenti interpositione sibi studeat evindicare.

II. Si quis confortem suum quanticumque superpriserit, cum quindecim solidis restituantur.

III. Si autem infra testamentum Regis aliquid invaserit, aut cum sex juret quod infra terminationem testamenti nihil invaserit, aut cum sexaginta solidis omnem redditionem restituantur.

IV. Si autem ibidem infra terminatio nem aliqua indicia sua arte, vel butina, aut mutuli facte extiterint, ad sacramentum non admittatur, sed in presente cum legis beneficio cogatur restituere.

V. Quod si extra marcham in fortun atterius fuerit ingressus, judicium comprehendens compellatus adimplere.

VI. Quod si testamentum Regis abs que contrario testamento falsum clamaverit, non aliunde nisi de vita componat.

VII. Quod si duo testamenta Regum de una re extiterint, semper prior dupli cem fortior portionem.

VIII. Quod si quis de Ecclesia al quid vi abstulerit, cum supra scripta lege in triplum restituantur.

LXI. De libertate secundam legem Romanam.

I. Si quis servum suum libertum fecerit & civem Romanum, portaque apertas conscriperit, si sine liberis dilectetur, non alium nisi sicutum nostrum habeat heredem.

II. Quod si aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam judicetur. Et eum interficerit, centum solidis multetur.

III. Quod si dominus ejus eum ante Regem denariatum facere voluerit, licentiam habeat.

LXII. De homine qui servum tributarium facit.

I. Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, si quis eum interficerit, triga nta sex solidis culpabilis judicetur.

II. Quod si denarialem eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc ducen tos solidos valeat.

LXIII. De homine in hoste occiso.

I. Si quis hominem in hoste interfecit, triplici vveregildo culpabilis judicetur.

II. De furto similiter.

LXIV. De homine in domo propria occiso.
Si quis hominem in domo propria cum harraida interficerit, auctor facti triplici

vveregildo multetur, & tres priores non aginta solidis culpabiles judicentur. Et quanti ei sanguinem fuderint, unusquisque vveregildo eum componat. Et quanticumque post auctorem sanguinis effusores vel post tres priores fuerint, unusquisque quindecim solidis multetur: & quicquid ibi talaverint, restituant.

LXV. De eo qui bannam non adimpleat.

I. Si quis legibus in utilitatem Regis, sive in hoste, seu in reliquam utilitatem bannitus fuerit, & minimè adimpleverit, si aegritudo eum non detenerit, sexaginta solidis multetur.

II. Si autem Romanus aut ecclesiasticus vel regius homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum triginta solidis culpabilis judicetur.

III. Si quis autem legatarium Regis vel ad Regem seu in utilitatem Regis permanentem hospitio suscipere contempserit, nisi emunitas Regis hoc contradixerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur. Aut si regius, Romanus, aut ecclesiasticus homo hoc fecerit, unusquisque contra auctorem suum triginta solidis multetur.

LXVI. De sacramento.

I. Si quis Ripuarus sacramento fidem fecerit, super quatuordecim noctes sibi septimus seu duodecimus vel septuagesimus secundus cum legitimo termino noctium studeat conjurare. Si autem contentio orta fuerit quod sacramentum in die placito non conjurasset, tunc cum tercia parte juratorum suorum affirmare studeat, aliquibus à dextris seu à sinistris stantibus. Sin autem nec sic satisfecerit, tunc secundum presentiam judicis vel secundum terminationem sextam juratorum suorum cum dextera armata tam prius quam posterius sacramentum in presentia judicis confirmare studeat. Quod si verbis non dixerit, omnem repetitionem cum legis beneficio studeat reformare; & unusquisque de juratoribus quindecim solidis culpabilis judicetur. Si autem contradixerint, judicium accipient.

II. Si autem regius, Romanus, aut ecclesiasticus taliter egerit, cum legitimo numero similiter studeat implere, aut legitimam solutionem restituant.

LXVII. De eo qui filium non relinquit.

I. Si quis moriens debitofus, aut testamento venditionis seu traditionis aliqua

LEX R.
PYARIA
B.V.M.

Capitularia

DAGOBERTI
REGIS L.

48

fecerit, si filios aut filias non reliquerit, quicunque de parentibus suis quantum unus solidus valet in hereditatem accep-
rit, vel cui vveregildus ejus, si interfectus fuisset, legitimè obveniebat, omne debi-
tum per ipsum solvi judicatur, & omne
factum ejus idoneare studeat, aut culpam
incurrat.

I. Si quis autem post fidem factam sa-
cramentum in hostem bannitus fuerit, si non
perrexerit, post quadraginta noctes, si au-
tem perrexerit, post armorum positionem
super quatuordecim noctes conjurare stu-
deat.

III. Quod si sacramentum ille qui pro-
sequitur non pronuntiaverit, ipse qui pla-
citavit ante annum revolutum vel septem
noctes sacramentum suum coram testibus
offerat, & conjurare studeat, & deinceps
innocens habeatur.

IV. Si autem non adimpleverit, om-
nem repetitionem cum legis beneficio re-
stituat.

V. Si quis pro hereditate vel pro inge-
nititate certare coepit post malo ordine,
cum sex in Ecclesia conjureret, & cum duo-
decim ad stappulum Regis in circulo &
in haslla, hoc est, in ramo, cum verbo-
rum contemplatione conjurare studeat. Si
non adimpleverit, cum legis beneficio re-
stituat. Aut si quis eum contra prendere
voluerit, aut cum armis suis se defensare
studeat ante Regem, aut omnem repeti-
tionem cum legis beneficio restituat.

L XVIII. De offa super viam sonante,
vel absque effusione sanguinis.

I. Si quis in capite vel in quoconque li-
ber membro plagatus fuerit, & os exinde
exierit, quod super viam duodecim pedum
in scuto iactum sonaverit, tringinta sex so-
lidis factus ei culpabilis judicetur.

II. Si autem plura offa exierint, pro
unoquoque offone sonante solidus addatur.

III. Quod si factum negaverit, quod
talis plaga non fuerit, in quantum con-
fessus fuerit solvatur, & de reliquo cum sex
jurat. Aut si non dixerit verbum, tam
ipse quam conjuratores sui, qui jurare
coeperunt, cum quindecim solidis resti-
tuant.

IV. Quod si quis absque effusione san-
guinis in quoconque liber membro os fre-
gerit, octodecim solidis culpabilis judice-
tur, aut cum sex juret quod os fractum
non fuisset, & tunc unum solidum com-
ponat.

V. Quod si quis absque effusione san-

guinis alium brachio, pede, oculo, audi-
tu, mucrato, digito, vel quoconque li-
ber membro mancaverit, sic cum compo-
nat ac si cum gladio ipsum debilitasset.

L XIX. De eo qui Regi infidelis extiterit,
I. Si quis homo Regum infidelis extiterit,
de vita componat, & omnes res ejus fisco
conficiantur.

II. Si autem quis proximum sanguinis
interfecerit, vel incestum commisserit, exili-
lum sustineat, & omnes res ejus fisco cen-
ficiantur.

L XX. De homine à ligno interfecto.

I. Si quis homo à ligno seu aliquilibet
manufactile fuerit interfactus, non solvan-
tar, nisi fortè quis auctorem interfectionis
in ipsis proprios adsumperit, tunc absque
redo culpabilis judicetur.

II. Si quis autem fossam vel puteum
fecerit, seu pedicam vel balistam incaute
posuerit, & ibidem hominem vel pecus
debilitaverit vel interfecerit, omne com-
positione, sicut lex continet Ripuaria,
culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum
legitimo numero juret.

III. Quod si in sepem animal impala-
verit, & ipsa sepis mentonalis non fuerit,
dominus lepis interfectionis seu debilitatis
reus culpabilis judicetur.

IV. Si autem virga deforis sepe incau-
te misla fuerit, & aliquid interfecerit, fol-
vatur. Si autem de intus sepe se in virga
impalaverit, non est solvendum.

V. Quod si quis in sepem vel in quo-
conque liber periculo res alienas invita-
minaverit, & ibidem interfecit vel debili-
tate fuerint, similes restituant, aut cum
sex juret quod hoc non fecisset.

L XXI. De festuca intercurrente.

De quaenamque causa festuca intercess-
erit, lacina interdicatur se cum sacramento
idoneare.

L XXII. De homine intertatu vel
pecore mortuo.

I. Si quis hominem intertaverit, & in-
tra placitum mortuus fuerit, in quadrivio
cum retorta in pede sepeliat, & ibidem
ad diem placitus cum testibus accedat, &
cum ipsis sex qui cum sepelire viderunt in
haraho conjuret quod ibidem ipse inter-
tatu absque interfectione hominum, pe-
cudum, vel alterius rei, nisi communis
morte consumptus sepultus jaceat, & per ip-
sam retortam in pede habeat, & per ip-
sam retortam super ipso sepulchro semper
de manu in manum ambulare debet usque
dum ad eam manum veniat que cum ini-
cito

49 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS 1.

cito ordine vendidit vel furavit. Quod si ita non fecerit, capitale & delatura cum legis beneficio seu cum furto culpabilis judicetur.

II. Si autem ei fuga lapsus fuerit, si infra ducatum, super quatuordecim noctes, si extra ducatum, super quadraginta noctes, quod si extra regnum, super octoginta placitus ei concedatur. Quod si infra placitum eum reprobaretur non potuerit, capitale & delatura seu furto vel legis beneficio culpabilis judicetur.

III. Si autem eum interficerit, nisi in quadrivio cum retorta scelus, ipse capite & delatura cum furto seu cine vverdunia vel legis beneficio culpabilis judicetur.

IV. Si autem aliquid culpa commiserit dum intertatuus est, ipse de hoc culpabilis judicetur qui eum eo tempore post se retinuit.

V. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, similiter in quadrivio cum retorta scelus. Quod si ita non fecerit, ipse qui eum post le retinuit, premium rei cum legis beneficio culpabilis judicetur.

VI. Si autem animal intertatuum infra placitum mortuum fuerit, tunc ille qui causam prosequitur cum testibus memorare debet qualiter adpretatum fuerit, & ille super quem intertatuatur, corio cum capite decorticato in praesentia judicis auctorem suum offendere debet. Quod si auctor receperit, tantum solidum unum de cine vverdunia pro corio restitutum.

VII. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertatuum fuerit, sic de cine vverdunia restitutum. Si autem sanum vel immaculatum restituerit, tunc omne premium suum recipiat.

VIII. Quod si furto ablatum fuerit, tunc ille super quem intertatuum fuerit, capitale & delatura cum furto culpabilis judicetur.

IX. Vestimenta autem seu his familia absque probabili signo intertari prohibemus.

LXXIII. De homine ligato absque judicio dimisso.

I. Si quis ingenuus Ripuarus furem ligaverit, & eum absque judicio Principis solvere presumperit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

II. Si quis eum per vim tulerit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

Tom. I.

III. Si autem ligatus fuga lapsus fuerit, & hoc cum sex juraverit quod absque ejus voluntate fuga lapsus fuisset, innocens habeatur.

IV. Si autem cui commendatus fuerit fuga evaserit, sexaginta solidis culpabilis judicetur.

LXXIV. Ut nullus cum servo traditionem vel communionem faciat;

Hoc autem constituumus, ut nullus cum servo alieno negotium faciat vel communionem facere non presumat, nec ei ullam commendationem vel traditionem faciat, nec a servo quisquam commendatam vel traditam rem recipiat. Si quis autem post hanc diffinitionem servo aliquid commendare presumperit, nihil recipiat, & dominus eius de hoc innocens habeatur. Similiter de pueri vel de muliere alterius constituumus.

LXXV. De re propria vel secuta.

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via proprioserit, aut eum secutus fuerit, per tres marcas ipsum ostendar, & sic postea ad Regis stappum ducat. Si autem aliter egerit, fur judicandus est. Quod si quis latroni aliquid tulerit, similiter faciat.

LXXVI. De materia mine vel lignis furatis.

Si quis Ripuarus in silva communii seu Regis vel alicuius locata materiam vel ligna fissa abstulerit, quindecim solidis culpabilis judicetur. Sic de venationibus vel de pescationibus, quia non res possessa est, sed de ligno agitur. Aut si negaverit, cum sex juret.

LXXVII. De homine furbattudo.

Si quis hominem super rebus suis comprehendenter, & eum ligare voluerit, aut super uxorem, seu super filiam, vel his similibus, & non prevaluerit ligare, sed corpus ei excellerit, & eum interficerit, coram testibus in quadrivio in clida eum levare debet, & sic quadraginta seu quatuordecim noctes custodiare, & tunc ante judicem in haraho conjurare quod eum de vita forfactum interfecisset. Si autem ista non adimpleverit, homicidij culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum legitimo numero juret quod hoc non fecisset.

LXXVIII. De eo qui furem in domo receperit.

Si quis furem in domo receperit, vel ei hospitium seu victimum praefiterit, dum res alias furatus fuerit, ipse similis furi culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod eum nec celasset nec in domo pavisset.

D

LXXIX. De homine pendato & ejus hereditate.

Si quis homo propter furtum comprehensus fuerit, & legitimè superjuratus, & judicio Principis pendutus, vel in quounque liber patibulo vitam finierit, omnes res eius heredes possideant; excepto capitale & delatura in locum restituat.

LXXX. De via lacinia.

Si quis Riparius ingenuum Ripuarium de via sua obstaverit, quindecim solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod ei viam suam cum armis nunquam contradixisset.

LXXXI. Ut parvulus non respondeat ante quindecim annos.

Si quis homo Riparius defunctus fuerit, vel interfectus, & filium reliquerit, usque ad quintum decimum annum plenum nec causam prosequatur nec in iudicio interpellatus responsum reddat. Quindecimo autem anno aut ipse respondeat, aut defensorum eligat. Similiter & filia.

LXXXII. De damno in messe vel in clausura.

I. Si quis Riparius in messe aliena vel in quacunque liber clausura damnum fecerit, estimatione damni culpabilis judicetur. Si autem negaverit, & convictus fuerit, capitale cum furto & delatura culpabilis judicetur.

II. Si quis peculum alienum in messe adprehenderit ad parricum minare non permiserit, quindecim solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod hoc non fecisset.

LXXXIII. De maleficio.

I. Si quis vir seu qua mulier Riparia per venenum, seu per aliquod maleficium aliquem perdidit, vveregildum componat.

II. Si autem mortuus non fuerit, & varietatem seu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

XXXIV. De Graffione injuste invitato.

Si quis Graffionem ad res alienas injuste endas invitaverit, quadraginta quin-

que solidos componat, & similem restituant.

LXXXV. De corpore expoliato.

I. Si quis corpus mortuum, priusquam sepeliatur, expoliaverit, centum solidis cum capitale & delatura multetur.

II. Si autem eum ex humo traxerit & expoliaverit, ducentis solidis cum capitale & delatura culpabilis judicetur, vel vvarus sit, hoc est, expulitus, usque dum parentibus satisficiat.

LXXXVI. De caballo excorticato.

I. Si quis caballum alterius mortuum seu quocunque liber animal extra consilium domini sui excorticaverit, triginta solidis culpabilis judicetur.

II. Si autem negaverit, & convictus fuerit, centum solidis cum capitale & delatura multetur.

LXXXVII. De homine forbannito.

Si quis hominem qui forbannitus est in dominum recipere præsumperit, si Riparius est, sexaginta solidis, si regius, Romanus, vel ecclesiasticus, triginta solidis culpabilis judicetur.

LXXXVIII. Ut nemo munera in iudicio accipiat.

Hoc autem consensu & consilio seu paterna traditione & legis consuetudine super omnia jubemus, ut nullus optimatum, major domus, domesticus, Comes, Grafo, Cancellarius, vel quibuslibet gradibus sublimatus, in provincia Riparia in iudicio residens, munera ad judicium pervertendum non recipiat. Quod si quis in hoc apprehensu fuerit, de vita componat.

LXXXIX. Ut judices seve missi fiscales feda non exigant priusquam facinus componatur.

Nec nullus judex fiscalis de quacunque liber causa feda non exigit priusquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem ista transgressus fuerit, legibus componatur. Fredum autem non illi iudici tribuat cui culpan commisit, sed illi qui solutionem recipit, tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilis permaneat. Amen.

EXPLICIT LEX RIVARORVM. DEO GRATIAS. AMEN.



78. De eo qui furem in domo repperit.
 79. De homine penduto & ejus hereditate.
 80. De via lacina.
 81. Ut parvulus non respondet ante quindecim annos.
 82. De damno in messe vel in clausura.
 83. De maleficio.
 84. De Graffone injisio invitato.
85. De corpore expoliato.
 86. De caballo exorcicato.
 87. De homine forbannito.
 88. Ut nemo munera in judicio accipiat.
 89. Ut iudices sive Missi fiscales freda non exigit priusquam facinus componatur.

EXPLICIUNT CAPITUL A.

INCIPIT LEX RIPVARIORVM.

I. De icta ingenuorum.

Si quis ingenuus ingenuum icta percussit, solidi uno culpabilis judicetur. Si bis, duobus solidis. Si ter, tribus solidis culpabilis judicetur.

II. De sanguinis effusione.

Si quis ingenuus ingenuum percussit, ut sanguis exeat, terramque tangat, bis novem solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum sex juret.

III. De osse fracto.

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

IV. De penico.

Si quis ingenuus alterum transpuncxit, aut infra costas plagaverit, xxxvi. solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret.

V. De debilitibus.

I. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excusserit, ut audire non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si autem auditum non perdidit, quinquaginta solidos componat.

II. Si nasum excusserit, ut maccare non possit, centum solidis culpabilis judicetur. Si maccare prevalet, quinquaginta solidos componat.

III. Si quis ingenuus ingenuo oculum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si virus in oculo restiterit, ita ut videre possit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IV. Si manum excusserit, centum solidis culpabilis judicetur. Si manus ibidem manca peperderit, quinquaginta solidos componat.

V. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excusserit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur. Quod si pollex ibidem mancus peperderit, viginti quinque solidis culpabilis judicetur.

VI. Sic in omni mancione, si membrum mancum pendiderit, medietatem componat quam componere debuerat si ipsum membrum abscessum fuisset.

VII. Si secundus digitus, unde sagittatur, excussum fuerit, triginta sex solidis componatur.

VIII. Si quis ingenuus ingenuo pedem excusserit, centum solidos componat. Si pes mancus ibidem pendiderit, quinquaginta solidis culpabilis judicetur.

IX. Si articulum qualcumque amputaverit, triginta sex solidis culpabilis judicetur.

X. Ita omnia si negaverit, cum sex juret quod hoc non fecisset.

V. I. De castratione.

Si quis ingenuus ingenuum castraverit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VII. De homicidio ingenuorum.

Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuanum interficerit, ducentis solidis culpabilis judicetur. Aut si negaverit, cum duodecim juret.

VIII. De homicidio fervorum.

Si quis servum interficerit, triginta sex solidis culpabilis judicetur, aut cum sex juret quod hoc non fecisset.

IX. De homicidio hominum Regis.

Si quis hominem regium interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

X. De homicidio hominum ecclesiasticorum.

I. Si quis hominem ecclesiasticum interficerit, centum solidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

II. Sic in reliqua compositione unde Ripuarus quindecim solidis culpabilis judicetur, regius & ecclesiasticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcumque culpa ascenderit.

DAGOBERTI REGIS
CAPITVLARE SECUNDVM
SIVE
LEX ALAMANNORVM.

INCIPIVNT CAPITVLIA LEGIS ALAMANNORVM.


1. De liberis qui res suas ad Ecclesiam Dei tradunt.
2. De liberis qui res suae ad Ecclesiam Dei tradunt, & in beneficium sub usufructu accipient.
3. De liberis vel servis qui ad Ecclesiam confuzant.
4. De liberis qui infra ianuas Ecclesie interfici fuerint.
5. De raptoribus qui de Ecclesiis aliquid vi abfrazarent.
6. De juratoribus, quales aut quantos secundam evita homo habere debet.
7. De liberis qui de Ecclesia aliquid furaverint.
8. De liberis qui servum Ecclesie occiderint.
9. De colonis Ecclesia occisis.
10. De eo qui in curte Episcopi armatus ingreditur.
11. De eo qui in curte Presbyteri armatus ingreditur.
12. De his qui Episcopo aliquam injuriam fecerint.
13. De his qui Presbytero parochiano injuriam intulerint.
14. De his qui Diacono aliquam injuriam fecerint.
15. De his qui monacho aliquam injuriam insulerint.
16. De his qui Clerico aliquam injuriam intulerint.
17. De liberis qui ad Ecclesiam dimissi sunt, si occidantur.
18. De ancilla libera dimissa, si postea seruo se conjunxerit; & de Alamanna que seruo nupserit.
19. Ut nullus laicus rem Ecclesie absque charta presumat possideri.
20. Ut Presbyter res vel mancipia Ecclesie potestatem vendendi non habeat.
21. De his qui Ecclesia servum vel ancillam suscepserint fugitivos.
22. Qualiter servi Ecclesie tributa solvere debeant.
23. De colonis ecclesiasticis, si ad Episcopum aut ad judicem suum venire difficerint.
24. De eo qui in mortem Ducis constitutus fuerit.
25. De homine qui gentem extraneam infra provinciam invitaverit.
26. De his qui in exercitu litem commiserint.
27. De his qui in exercitu aliquod furtum fecerint.
28. De eo qui sigillum aut mandatum Ducis neglexerit.
29. De eo qui in curte Ducis hominem occiderit.
30. De eo qui Missum Ducis infra provinciam occiderit.
31. De eo qui in curte Regis furtum commiserit.
32. De eo qui res Ducis furaverit.
33. De feminis que in ministerio Ducis sunt.
34. De eo qui presumperit infra provinciam res Ducis hostiliter invadere.
35. De filio Ducis qui contra patrem suum surrexit.
36. De conventu, ut secundum antiquam consuetudinem fiat.
37. De mancipis, ne foris provincia vendantur.
38. De eo qui die dominico opera servilia fecerit.
39. De indicis nuptiis.
40. De patricidiis & fraticidiis.
41. Ut nullus causam audire presumat nisi qui à Duce constitutus est.
42. De eo qui sepe interpellatus ante Ducem de qualicunque evidenti causa, & convictus fuerit, ne ad juramentum permittatur.
43. Ut scriptura non valeat in qua annus & dies non ostenditur.
44. De libero qui alteri libero crimen mortale imposuerit.
45. De rixis quae sepe fieri solent in populo.
46. De libero qui liberum extra terminos vendiderit.

Tom. I.

D ij

47. De eo qui feminam ingenuam extra marcam vendiderit.
 48. De eo qui liberum hominem vel feminam liberam infra provinciam vendiderit.
 49. De eo qui hominem occiderit, & eum mortuam fecerit.
 50. De eo qui liberum de terra effodierit.
 51. De libero qui alterius uxorem tulerit.
 52. De eo qui sponsam alterius accepert.
 53. De eo qui sponsam suam dimisserit, & aliam duxerit.
 54. De eo qui filiam alienam non despontatam accepert.
 55. De uxore mortuo marito sine filio relieta.
 56. De eo qui proximi sui defuncti uxori sine filio reliete dotem contradixerit.
 57. De hereditate diuarum fororum que absque fratribus post mortem patris relite sunt.
 58. De eo qui mulierem in itinere vadentem denudaverit, aut cum ea marchaverit.
 59. De eo qui alium percuaserit aut vulneraverit.
 60. De eo qui alteri arcem abscederit.
 61. De eo qui palpebras alterius maculaverit.
 62. De natre transfuncta vel absca.
 63. De labii maculatis.
 64. De lingua absca, & de vulneribus in facie factis.
 65. De eo qui alium contra legem tunderit, & de diversis vulneribus.
 66. De eo qui alteri viam contradixerit.
 67. De eo qui alterum de caballo jaclaverit.
 68. De libero qui liberum occiderit.
 69. De eo qui alterius amissarium furaverit.
 70. De eo qui alterius caballum involaverit.
 71. De eo qui equum plagaverit, dum hominem plagare voluerit.
 72. De eo qui in troppo de jumentis ductrinem involaverit.
 73. De eo qui praequam jumentum ferierit, & abortivum fecerit.
 74. Qualiter jumenta, que messim leferint, inclaudantur.
 75. De eo qui taurum gregem regentem involaverit aut occiderit.
 76. De eo cui mortuandus imputatur.
 77. De eo qui grævide mulieri natum interficerit.
 78. De pretio bovis.
 79. De eo qui pastores vel artifices occiderit.
 80. De eo qui cum ancilla vestiaria & generaria concubuerit.
 81. De eo qui incendium super alium in nocte miserit.
 82. De canibus sensibus vel aliis furatis aut occisis.
 83. De eo qui aliquam clausuram in aqua fecerit, & ibi aliquid negaverit.
 84. De his qui de terra sua inter se contendunt.
 85. De eo qui servum alterius fugientem accepert & sequenti domino contradixerit.
 86. De eo qui servum in pignus suscepert, & si ipse servus aliquid damnum fecerit.
 87. De eo qui alteri res suas apud se inventas contradixerit.
 88. Ut fratres post mortem patris eorum hereditatem non dissiperent antequam dividant eam.
 89. De eo qui hominem occiderit & negaverit.
 90. De coxa vel brachio absca.
 91. De eo qui mulieri pregnanti abortivum fecerit.
 92. De hereditate quam mulier post partem statim mortua derelinquit.
 93. De eo qui in pugna parem suam dereliquit & fugit.
 94. De eo qui post finitam & emendatam causam madere presumperit.
 95. De eo qui ingenuam feminam colpo percusserit.
 96. De eo qui medelam aut carucacem alterius involaverit.
 97. De eo qui buricas in silva porcorum incederit.
 98. De eo qui gregem animalium in pignus tulerit, & porcarium vel ceteros pastores flagellaverit.
 99. De eo qui bisonem aut bubalum vel cetera animalia furaverit aut occiderit.

EXPLICIUNT CAPITULA.



INCIPIT LEX ALAMANNORVM.

Caput I. De liberis qui res suas ad Ecclesiam Dei tradant.

I. Siquis liber res suas vel semeipsum ad Ecclesiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei, non Dux, non Comes, nec ulla persona; sed spontanea voluntate licet Christiano homini Deo servire & de propriis rebus suis semeipsum redimere. Et qui hoc voluerit facere, per chartam de rebus suis ad Ecclesiam, ubi dare voluerit, firmatatem faciat, & testes sex vel septem adhibeat, & nomina eorum ipsis charta contineat, & coram sacerdote qui ad eandem Ecclesiam deservit super altare ponat: & proprietas de ipsis rebus ad ipsam Ecclesiam in perpetuum permaneat.

II. Et si aliqua persona, aut ipse qui dedit, vel aliquis de heredibus eius, postea ipsas res de ipsa Ecclesia abstrahere voluerit, vel aliquis homo qualisunque persona hoc presumperit facere, & effectum quem inchoavit non obtineat, & Dei iudicium incurrat & excommunicationem sanctae Ecclesiae, & multam illam quam charta continet persolvat, & res illas ex integro reddat, & fredum in publico solvat sicut lex habet.

II. De liberis qui res suas ad Ecclesiam Dei tradant, & in beneficium sub usufructuario accipiunt.

I. Si quis liber res suas ad Ecclesiam dederit, & per chartam firmitatem fecerit, sicut superioris dictum est, & post haec a pastore Ecclesiae per beneficium suscepit ad virtutalem necessitatem conquarendam diebus vite sua, & quod spondit persolvat ad Ecclesiam censum de illa terra, & hoc per epistolam firmatis fiat, ut post ejus discissum ullus de heredibus non contradicat. Et si contigerit ut post mortem ejus qui dedit illas res filium relinquat, & forsitan ipse filius vult dicere quod hereditas paterna sibi sit legitima ad possidendum, & pater ejus non dedisset, nec firmatatem fecisset, non licet ei jurare, sed ipsa charta quam pater ejus fecit praefens veniat, & illi testes qui manus suas in charta misserunt unam cum Presbytero Ecclesiae, sicut lex haber, ita testifcentur, quod ipsi ad praefens fuisse, & oculis suis vidissent, & auribus audissent quod

pater ejus illas res ad Ecclesiam dedisset, & chartam fecisset, & illos ad testes ad vocasset, hoc per sacramentum dicant, quod nos veri testes sumus. Post haec pastor Ecclesiae res suas possideat, & ille presumptor qui contradixerit, illam multam quam charta continet ad Ecclesiam perolvat.

II. Si autem illa charta aut arserit aut perdita fuerit quam ille homo fecit, tunc licet illi heredi cum testibus nominatis quinque, ipse sit sextus, in ipsa Ecclesia jurare quod pater ejus nec chartam fecisset nec ad illa loca sancta dedisset. Et si hoc presumperit facere, illas res possideat.

III. De liberis vel servis qui ad Ecclesiam confugiant.

I. Si quis homo aliquem persequens fugitivum aut liberum aut servum, & ipse intra januas Ecclesiae confugerit, nullus habeat potestatem per vim abstrahendi de Ecclesia, nec eum infra januas Ecclesiae occidendi, sed ex timore Dei honore Ecclesiae impendat, & sacerdotem Ecclesiae interpellat pro servo suo. Roger sibi eum reddere, & donet legitimum vadum ut illam culpam illi servo conceffam habeat. Tunc ille Presbyter reddat in pace servum domino suo.

II. Si autem Presbyter neglexerit reddere aut contradixerit illum servum, apud se illum continet, & curam de illo habeat, ut exinde fugitivus non evadat. Et si evaserit, ille Presbyter sine ulla dilatione perquirat, & domino reficiat. Et si ipsum invenire non potuerit, similem ipsius aut pretium pro eo solvat.

III. Si autem vi abstraxerit, & injuriarum Ecclesiae fecerit, componat octodecim solidos ad Ecclesiam, & fredum solvat in fiscum sexaginta solidos, quia contra legem fecit, & Ecclesiis honorem non impendit, & Dei reverentiam non habuit, & ut alii cognoscant quod si timor Dei in Christianis, & honorem Ecclesiis impendant.

IV. De liberis qui infra januas Ecclesiae interfici fuenterint.

Si quis liber liberum infra januas Ecclesiae occiderit, cognoscatur contra Deum iniuste fecisse & Ecclesiam Dei polluisse.

D iiij

LXX ALA
MANNO-
RVM.
ad ipsam Ecclesiam quam polluit sexaginta solidos componat, ad fiscum vero similiter alios sexaginta solidos pro fredo solvat, parentibus autem legitimum videlicum solvat.

V. *De raptoribus qui de Ecclesia aliquid vi abstraxerint.*

I. Si quis res suas ad Ecclesiam commendatas haberit, & aliquis eas exinde rapuerit, si per furtum hoc fecerit, ipsas res in capite restituat, & sicut ipsae res valuerint, hoc novempliciter componat. Item atque iterum similiter faciat, hoc sunt per ter novempliciter. Ita omnia ei cuius res sunt componi debent. Ecclesia vero, quam in honore havit, triginta sex solidos componat.

II. Si vero per virtutem hoc raptor de Ecclesia abstulerit, dupliciter domino componat, & duodecim solidos. Ecclesia vero, sicut superius commemoratum est, triginta sex solidos componat.

III. Si servus hoc fecerit, & iussio domini eius fuit, sicut dictum est, ita omnia observari debent.

IV. Si servus per se hoc fecerit, ex furto similiter quomodo dictum est admovere debet.

V. Nam si per virtutem servus hoc fecerit, non sicut de libero compotio existatur, sed virtus servilis componi debet, ut ipsum quod abstulit reddatur simpliciter; ita tamen si flatim quomodo inventum fuerit, contradicatio domini sui non fuerit. Nam si aliquam moram fecerit, propter contradictionem domini sui duodecim solidi addantur.

VI. Si dominus ex hac re immunit fuerit, ut iussio ejus non esset, ei quartuor solidos fredo exiguntur. Nam si iussio ejus fuit, sicut supra dictum est ita componatur.

VI. *De juratoribus, quales vel quantos secundam curia homo habere debet.*

I. De minoribus causis usque ad solidum valentem licet unicuique qualis sacramentalem unum secum habere vult, in suo sacramento continere.

II. Nam si duas saigas valentem supra solidum res valuerint de qua causa orta fuerit, tunc debet homo qui causam requirit tres electos denominare, & ex de nominatis tribus licentiam habet excusator reicare duos; tertium vero non licet reicare, sed ipsum secum in sacramento habere debet.

III. Saiga autem est quarta pars tremissis, hoc est, denarius unus. Due sa-

gæ, duo denarij dicuntur. Tremissus est tertia pars solidi, & sunt denarij quatuor.

I V. Ita observandum est usque ad tres solidos & supra tres solidos.

V. Iterum duas saigas valentes, si aliquis interpellatus fuerit, tunc qui cauam prosecutus fuerit, electionem faciat de conjuratoribus, unde excusator quales duos reicare voluerit potestatem habeat, & cum duobus juratoribus ille ordo servandus est usque ad sex solidos.

V I. Nam si dues saigæ supra sunt, tunc cum quinque sua manu sexta jurare debet, similiter cum electis, sicut supra dictum est; & duos in omnibus ipsis ordinibus reicare licet.

V II. Ista sacramenta debent esse jurata, ut illi conjuratores manus suas super capitam ponant, & ille solus cui cauam requirit verba tantum dicat, & super omnium manus manum suam ponat, ut sic illi Deus adjuvet vel illas reliquias ad illas manus quas comprehensas habet ut de illa causa unde interpellatus est culpabilis non sit.

V II. *De liberis qui de Ecclesia aliquid furaverint.*

I. Si quis res Ecclesia furaverit, & coniectus fuerit, ut solvatur unicuique rei quam furaverit, tres novigeldos solvat, aut servum, aut ancillam, aut bovem, aut caballum, aut qualecumque animal, vel ceteras res que ad Ecclesiam Dei pertinent. Si post furtum inventus fuerit, ita solvat ut superius scriptum est.

II. Si autem negare voluerit, secundum qualitatem pecunie ita juret cum suis sacramentalibus in ipso altare, cui res furtivas abstulit, coram sacerdote vel ministro ejus, quem pastor Ecclesiae jussit audire sacramentum.

V III. *De liberis qui servum Ecclesie occiderint.*

Si quis servum Ecclesiae occiderit, in triplum componat, sicut solet servus Regis, ita solvatur, id est, quadraginta quinque solidis. Et si eum rapuerit contra legem, & vendiderit extra provinciam, tripliciter eum componat. Et si eum furaverit aliquis in capite, semper confusilem restituat, si ipsum invenire potuerit; aliis autem medietatem in auro valentem, medietatem cum qualem pecuniâ habet solvat.

I X. *De colonis Ecclesie occisis.*
Quicunque liberum Ecclesie, quem colonum vocant, occiderit, sicut alii Alamanni ita componatur.

61 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 62
REGIS I.

X. De eo qui in curte Episcopi armatus ingreditur.

Si quis in curte Episcopi armatus contra legem intravent, quod Alamanni haisterandi dicunt, octodecim solidos componat. Si infra domum intraverit, triginta sex solidos componat.

XI. De eo qui in Presbyteri curte armatus ingreditur.

Si quis autem in Presbyteri curte, qui in parochia positus est ab Episcopo, contra legem armatus intravent, sicut superius diximus, sicut solet alius liber Almannus componere, ita Presbytero tripliciter componat, hoc est, octodecim solidos, & si infra casam, triginta sex.

XII. De his qui Episcopo aliquam injuriam fecerint.

I. Si quis Episcopo aliquam injuriam fecerit, vel plagaverit, vel fustaverit, vel mancaverit, omnia tripliciter componantur sicut ceteri parentes ejus compositionem habebunt, ac si melius dicamus sicut & Duce, ita in omnibus cum componat.

II. Et si occidens fuerit, sicut & illum Ducem ita eum solvat, aut Regi, aut Duci, aut ad Ecclesiam ubi pastor fuit.

XIII. De his qui Presbytero parochianum injuriam intulerint.

I. Si quis Presbyterum parochianum injuriaverit, aut fustaverit, aut mancaverit, vel qualemcumque ei injuriam intulerit, in triplum componatur.

II. Et si eum occiderit, sexcentis solidis cum solvat, aut ad Ecclesiam ubi servivit, aut ad Episcopum de cuius parochia fuit.

XIV. De his qui Diacono aliquam injuriam fecerint.

Si quis Diacono, qui evangelium coram Episcopo legit, & revesitus ante altare officio fungitur, si quis ei aliquam injuriam fecerit, vel eum fustaverit, vel plagaverit, vel mancaverit, dupliciter componatur. Et si eum occident, quadringentis solidis componatur.

XV. De his qui monacho aliquam injuriam intulerint.

Monachus autem qui sub regula in monasterio converstus fuerit, & ab aliquo alias injurias, sicut superius diximus, passus fuerit, ita ut Diaconus similiter componatur.

XVI. De his qui Clerico aliquam injuriam intulerint.

I. Clerici autem, sicut ceteri parentes eorum, ita componantur.

II. Si autem Clericus, qui in gradu in Ecclesia publice legationem recitat, vel LEX A: MARY gradale, vel alleluia coram Episcopo in publico cantaverit, aliquam injuriam passus fuerit, sicut superius diximus, componatur quomodo parentes ejus componuntur, & tertia pars super hanc addatur in compositione.

XVII. De liberis qui ad Ecclesiam dimissi sunt, si occiduntur.

Liberi qui ad Ecclesiam dimissi sunt liberi, vel per chartam libertatem acceperunt, si occiduntur, octuaginta solidis solvant Ecclesie vel filii eius.

XVIII. De ancilla libera dimissa, si postea serva se conjunxerit, & de Almanno quae serva nupserit.

I. Si ancilla libera dimissa fuerit per chartam, aut in Ecclesia, & post hanc servonupserit, Ecclesie ancilla permaneat.

II. Si autem libera Almanno serva Ecclesie nupserit, & servile opus ancillæ contradixent, abscedat.

III. Si autem ibi filios vel filias generaverit, ipsi servi & ancillæ permaneant, potestatem excundi non habeant.

IV. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante tres annos liberam potestatem habeat.

V. Si autem tres annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadonaverint eam ut libera fuissent, nec ante Ducem, nec ante Comitem, nec in publico mallo, transactis tribus Kal. Mart. post hec ancilla permaneat in perpetuum, & qui ex ea nati fuerint, servi & ancillæ sint.

XIX. Ut nullus Lucas rem Ecclesiae absque charta presumat possidere.

Res Ecclesiae de laicis absque charta nullus presumat possidere. Et si chartam non ostenderit, quod comparasset à pastore Ecclesie, possessio semper ad Ecclesiam pertineat.

XX. Ut Presbyter res vel mancipia Ecclesiae potestatem vendendi non habeat.

Nullus Presbyter nec aliquis pastor Ecclesiae potestatem habeat vendendi ecclesiasticam terram nisi contra aliam terram, nec mancipium nisi aliud mancipium recuperet. Et si concubium fecerit aut de mancipio aut de terra, semper epistolam firmitatis faciat, ut contentio non hat, nec Ecclesia perdat quod legitimè possidere debeat.

XXI. De his qui Ecclesie servum vel ancilam suscepserint fugitivos.

Si quis mancipium Ecclesiae aut servum,

LEX ALA- aut ancillam, fugitivum suscepit, & post
R A N N O - requisitionem aut ipse Presbyter requirat,
R Y M . aut missus ejus legitimus, & ille neglexerit
reddere, & contra legem antesteterit, si-
cet solet alius Alamannus componere, ita
& tripliciter componat. Et quicquid Ec-
clesie contra legem fecerit, omnia tri-
pliciter componat sicut lex habet.

**XXII. Qualiter servi Ecclesie tributa
solvere debeant.**

Servi enim Ecclesie tributa sua legiti-
mè reddant, quindecim sicas de cervixa,
porcum valentem tremisse uno, panem
modia duo, pullos quinque, ova viginti.
Ancillae autem opera imposita sine negle-
cto faciant. Servi dimidium sibi, & dimi-
dium in dominico aratuum reddant. Et si
super hæc est, sicut servi ecclesiastici ita
faciant, tres dies sibi, & tres in dominico.

**XXIII. De servis ecclesiasticis, & ad Episcopum aut ad judicem suum venire dispe-
serint.**

I. Liberi autem ecclesiastici, quos co-
lonos vocant, omnes, sicut & coloni Re-
gis, ita reddant ad Ecclesiam.

II. Si quis legitimè tributum antestere-
rit per iussionem judicis sui, sex solidis sit
culpabilis.

III. Et opera quæque imposta ei fue-
runt secundum mandatum, aut quomo-
do lex haber, si non adimpleverit, sex fo-
lidis sit culpabilis.

IV. Et si sigillum aut signum qualecum-
que judex per iussionem domini sui tran-
sfererit, & eum venire iussirerit, aut ambu-
lare in aliquam utilitatem, & ille negle-
xit, sex solidis sit culpabilis.

V. Si autem sigillum Episcopi negle-
xit, aut ad veniendum, aut ad ambulan-
dum, ubi iussirerit, duodecim solidis sit
culpabilis.

**XXIV. De eo qui in mortem Ducus
confiliatus fuerit.**

Si aliquis homo in mortem Ducus confili-
atus fuerit, & inde convictus fuerit, aut
vitam perdat, aut se redimat, sicut Dux
aut principes populi judicaverint. Et si ju-
rare voluerit, cum duodecim nominatis
juret in Ecclesia coram Duce, aut quem
ille miserit.

**XXV. De homine qui gentem extraneam
infra provinciam invitaverit.**

Si homo aliquis gentem extraneam infra
provinciam invitaverit, ut ibi prædam va-
stet hostiliter, vel domos incendat, & de
hoc convictus fuerit, aut vitam perdat,

aut in exilium eat, ubi Dux misericet, &
res ejus infiscetur in publico.

**XXVI. De his qui in exercitu item
commiserint.**

Si quis in exercitu item commiserit, ita
ut cum clamore populus concurrat cum
armis, & ibi pugna orta fuerit inter pro-
prium exercitum, & aliqui ibi occisi fue-
rint, ipse homo qui hoc commisit, aut vi-
tam perdat, aut in exilium eat, & res ejus
infiscetur in publico; & illi alij qui ibi
aliquid commiserunt aut fecerunt, omnia
sicut lex habet tripliciter solvant.

**XXVII. De his qui in exercitu aliquod
fursum fecerint.**

Si quis in exercitu, ubi Rex ordinaverit
exercitum, aliquod fursum fecerit, novem
viciibus novigeldos soldat quicquid invoca-
tum fuerit. Si autem Dux exercitum or-
dinaverit, & in illo sioco aliquid furaverit,
tres novigeldos solvat. Et si jurare volue-
rit, secundum qualitatem pecuniae juret.

**XXVIII. De eo qui sigillum aut
mandatum Ducus neglexerit.**

I. Si quis sigillum Ducus neglexerit, aut
mandatum, vel signum qualecumque quod
mandaverit, duodecim solidis sit culpabi-
lis. Et si negare voluerit quod ad illum
nuntius non pervenisset, cum quinque
nominatis juret, si cum sacramentum do-
minus præbere voluerit.

II. Si autem sigillum Comitis negle-
xit vel mandatum, cum sex solidis com-
ponat.

III. Si autem Centurionis sigillum aut
mandatum neglexerit, tribus solidis sit
culpabilis.

IV. Aut si negare voluerit quod ad il-
lum nuntius non pervenisset, secundum
quod debuit solvere, ita juret.

**XXIX. De eo qui in curte Ducus
hominem occiderit.**

I. Si quis in curte Ducus hominem oc-
cidet, aut illuc ambulantem, aut inde re-
vertentem, triplici vveregildo eum solvat,
propter hoc quod præceptum Ducus
transgressus est, ut unusquisque homo pa-
cem habeat ad dominum suum veniendo
& de illo revertendo. Et nullus præsumat
hominem de Duce venientem aut ad il-
lum ambulantem in itinere inquietare,
quamvis culpabilis sit. Et si præsumperit,
quicquid ei fecerit, aut occiderit, aut ille
vives evaserit, aut plagatus fuerit, sem-
per tripliciter componat.

II. Et si ad Comitem perrexerit, &
ibi vel occisus vel plagatus fuerit, ille
qui

65 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 66
REGIS 2.

qui hoc fecit, omnia tripliciter componat.

X X X. *De eo qui missum Duciis infra*

provinciam occiderit.

Si quis misum Ducis infra provinciam occiderit, tripliciter eum solvat sicut lex haber. Si negare voluerit quod non fecisset, sicut lex haber, ita juret cum duodecim nominatis & aliis duodecimi electis.

X X XI. *De eo qui in curte Regis furtum commiserit.*

I. Si quis in curte Regis furtum alicui fecerit, tripliciter componat cui furtum fecerit, & sexaginta solidos pro fredo in publico solvat.

II. Si servus alienus hoc in curte Ducis fecerit, dominus ejus aut redimat eum quantum valet, aut ipsum reddat.

X X X II. *De eo qui res Ducis furaverit.*

Si quis de rebus quae ad Ducem pertinent aliquid furatus fuerit, ter novigeldos componat, & ibi fredum non reddat, quia res dominicae sunt, & tripliciter componuntur.

X X X III. *De feminis quae in ministerio Duci sunt.*

Si feminis quae in ministerio Ducis sunt aliquid contra legem factum fuerit, qui hoc fecerit, omnia tripliciter eis componat quod alii Alamannorum feminis tripliciter componere debeat.

X X X IV. *De eo qui presumperit infra provinciam res Ducis hostiliter invadere.*

Si quis presumperit infra provinciam hostiliter res Ducis invadere & ipsas talare, & post hac convictus fuerit, quicquid ibi tultum fuerit, mancipia, pecuniam, omnia tripliciter restituat, & insuper vveregulum suum Duci componat, quia contra legem fecit. Et quantilibet illum sunt secuti, & ibi raptore furent, & inde convicti furent, uniusquisque sexaginta solidos Duci componat, & quicquid ibidem tulit, semper tripliciter restituat.

X X X V. *De filio Ducis qui contra patrem suum surrexerit.*

I. Si quis Dux habet filium contumacem & malum, qui rebellare conetur contra ipsum patrem suum per stultitiam suam, vel per consilium malorum hominum, qui volunt dissipare provinciam, & hostiliter surrexent contra ipsum patrem suum, dum adhuc pater ejus potens est, & utilitatem Regis potest facere, id est, exercitum gubernare, equum ascendere, utilitatem Regis implere, & filius ejus cum vult dishonorare aut per raptum regnum ejus possidere, non obtineat quod in-

Tom. I.

choavit. Et si pater ejus eum vicerit, & LEX ALA-
MANNO-
RUM.

adprehendere potuerit, in sua sit potestate, aut exiliet eum de provincia, aut ubi cunque transmittat eum, aut Regi domino suo, & de hereditate paterna amplius ad eum nihil pertineat, quia inlicitam rem contra patrem suum fecit.

I I. Et si fratres habuerit, ipsi fratres inter se per voluntatem Regis dividant hereditatem patris eorum. Illi autem qui rebellavit contra patrem suum non dent portionem inter ipsos.

I I I. Et si amplius non fuerit nisi ille unus qui rebellavit, tunc illa hereditas, quam ille Dux habuit, post mortem ejus in potestate Regis sit, cui vult donet, aut illi filio Ducis qui rebellavit, si potuerit per servitum hoc ad pedes Regis conquiri; aut si alij vult dare, in sua sit potestate.

X X X VI. *De conventu, ut secundum antiquam consuetudinem fiat.*

I. Conventus autem secundum consuetudinem antiquam fiat in omni centena coram Comite aut suo Misfo, & coram Centenario.

II. Ipsum placitum fiat de sabbato in sabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius voluerit, à septem in septem noctes, quando pax parva est in provincia; quando autem melior est, post quatuordecim noctes fiat conventus in omni centena, sicut superius diximus.

III. Et si quis alium mallare vult de qualicunque causa, in ipso mallo publico debet mallare ante judicem suum, ut ille judex cum distingat secundum legem, & cum iustitia respondeat vicino suo, aut qualicunque persona cum mallare voluerit. In uno enim placo maller causam suam: in secundo, si vult jurare, juret secundum constitutam legem. Et in primo mallo spondeat sacramentales, & fidejurores praebeat, sicut lex haber, & vviuum suum donet Misfo Comitis vel illi Centenario qui praefest, ut in constituto die aut legitime juret, aut si culpabilis est, componat, ut per neglectum non evadat: & si evaderit, sexaginta solidis de fredo sit semper culpabilis. Ille autem distingat ut neglectum non fiat, nec pauperes patientur injuriam, nec sint sine lege, nec maledicant Ducem nec populum terræ; sed in omnibus sit disciplina; ut qui rebellent sunt, de malis se abstineant; & qui boni sunt, pacem possideant.

IV. Si quis autem liber ad ipsum placitum.

E

LEX ALA-
MANNO-
RVM.

tum neglexerit venire , vel semetipsum
non presentaverit aut Comiti , aut Cen-
tenario , aut Misso Comitis in placito ,
duodecim solidis sit culpabilis .

V. Qualisunque persona sit , aut vassus
Ducis aut Comitis , aut qualisunque per-
sona , nemo neglegat ad ipsum placitum
venire , ut in ipso placito pauperes con-
clamant causas suas . Et quod in uno pla-
cito finiri non potuerit , in alio finiatur , ut
fine ira Dei sit defensa patria , & illi rebel-
les qui usque modo raptum fecerunt , amplius
potestatem faciendi non habeant .

VI. Et si est talis persona quam Comes
in placito , vel Centenarius , vel Miles
Comitis distingere non potest , tunc cum
Dux legitimè distingat , plausque querat
Deo placere quam homini , ut nullum ne-
glectum in anima Ducis à Deo requiratur .

X XXVII. De mancipiis , ne foris
provinciam vendantur .

I. Mancipa foris provinciam nemo ven-
dat , nec in paganos , nec in Christianos ,
nisi iusso Dux fuerit .

II. Infra provinciam , ubi necessitas est ,
unusquisque de mancípio suo potestatem
habeat secundum legem judicandi .

III. Foris terminum autem captivum
faciendi potestatem non habeat .

IV. Si autem fecerit , & inde convictus
fuerit , post conventum nostrum quod
complacuit cunctis Alamannis , & aliquis
hoc præceptum transgredere voluerit , il-
lud pretium quod tulit de proprio suo
mancípio perdat , & insuper frēdum quem
lex habet componat .

X XXVIII. De eo qui die dominico opera
servilia fecerit .

I. Die dominico nemo opera servilia
profumata facere ; quia hoc lex prohibuit ,
& sacra scriptura in omnibus contradicit .

II. Si quis servus in hoc vitio inventus
fuerit , vapuletur fustibus ; liber autem
corripiatur usque ad tertiam vicem .

III. Si autem post tertiam correptionem
in hoc vitio inventus fuerit , & Deo
vacare die dominico neglexerit , & opera
servilia fecerit , tunc tertiam partem de
hereditate sua perdat .

IV. Si autem super hæc inventus fuerit
ut dici dominico honorem non impendat ,
& opera servilia fecerit , tunc coactus &
convictus coram Comite , ubi tunc Dux
ordinaverit , in servitium tradatur ; & quia
noluit Deo vacare , in sempiternum ser-
vus permaneat .

XXXIX. De inlicitis nuptiis .

I. Nuptias prohibemus incestas . Itaque
uxorem habere non licet forcum , nu-
rum , priviganam , novercam , filiam fra-
tris , filiam fororis , fratris uxorem , uxoris
fororum . Filii fratum , filii fororum inter
se nulla præsumptione jungantur . Si quis
contra hoc fecerit , a loci judicibus sepa-
retur , & omnes facultates amittat , quas
fucus adquirat .

II. Si minores personæ sunt quæ se in-
licita conjugatione polluerunt , careant
libertate , servis fiscalibus adgregandi
sunt .

XL. De patricidiis & fratricidiis .

Si quis homo volens occiderit patrem
suum , aut patruum suum , aut fratrem
suum , aut avunculum suum , aut filium
fratris sui , aut filium avunculi sui , aut
filium patrui sui , aut matrem suam , aut
fororem suam , cognoscat se contra Deum
egisse , & secundum iussionem Dei fra-
ternitatem non custodisse , & in Deum
graviter delinquisse , & coram omnibus pa-
rentibus ejus res ejus infuscantur , & nihil
ad heredes ejus pertineat amplius ; peccati-
entiam autem secundum canones agat .

XLI. Ut nullus causam audire profumat nisi
qui à Duce constitutus est .

I. Nullus causas audire profumat nisi
qui à Duce per conventionem populi ju-
dex constitutus est ut causas judicet , qui
nec mentiosus , nec perjurator , nec mu-
nerum acceptor sit , sed causas secundum
legem veraciter judicet sine acceptione
personarum , & timens Deum sit . Et si
iustè judicaverit , credat se apud Deum
mercedem recipere & laudem apud homi-
nes bonam possidere .

II. Si autem per cupiditatem aut per
invidiam alicujus aut per timorem contra
legem judicaverit , cognoscat se delinqui-
& , & duodecim solidis sit culpabilis cui
injustè judicavit ; & quod per illum dam-
num passus est injustè , ille judex resti-
tuat ei .

III. Si autem ille qui judicium audire
debet , illius qui ad judicandum constitu-
tus est judicium contemnit , dum ille justè
judicaverit , & dedignatur eum audire , &
sperrit eum , & arguit coram aliis , & di-
cit , Non rectè judicas , dum ille rectè ju-
dicat , & si hoc ab aliis judicibus inquisi-
tum fuerit quod ille justè judicavit , ille
contemptor qui judicii injuriam fecit , fol-
vat duodecim solidos judici illo , & post
hæc non contemnat audire justum ju-

dicum, quia sic convenit Duci & omni populo in publico concilio.

XLI. *De eo qui sepe interpellatus est ante Ducem de qualicunque evidenti causa, & convictus fuerit, ne ad juramentum permittatur.*

I. Si qui interpellatus ante Ducem de qualicunque causa, quod jam manifestum est tribus vel quatuor testibus, aut de homicidio, aut de furto, aut de aliquo neglegendo, quod illi testantur qui boni testimonij sunt in plebe, non perjuratores, nec fallaces, nec pecuniarum acceptores, sed veritatem volunt dicere, cognoscat hoc judex, quod tunc licentiam ille homo qui mallatur ante eum, de causa illa protestaremur jurandi non habeat, sed sicut lex habet in hoc iudicio perfolvatur, ut propter suam nequitiam alij qui volunt Dei esse, non se perjurent, nec propter culpam alienam semetiplos perdant.

II. Testis enim qui jam convictus fuit quod mendacium temel testificatus sit, amplius ad testimonium non recipiatur.

XLIII. *Vi scriptura non valeat in qua annus & dies non ostenditur.*

Scriptura non valeat nisi in qua annus & dies evidenter ostenditur.

XLIV. *De libero qui alteri libero crimen mortale imposuerit.*

I. Si quis liber libero crimen aliquod mortale imposuerit, & ad Regem aut ad Ducem eum accusaverit, & inde probata res non est, nisi quod ipse dicit, liceat illi alio cui crimen imponi, cum traecta spatha se idoneare contra illum alium.

II. De minoribus autem culpis, sicut Duci places, ita fiat inter eos.

XLV. *De rixis que sepe fieri solent in populo.*

I. Si qua rixa orta fuerit inter duos homines aut in platea, aut in campo, & unus alium occidit, & postea fugit ille qui occidit, & illi pares sequuntur eum usque in domum suam cum armis, & infra domum percussorem occiderint, cum uno vveregildo solvant eum.

II. Si autem in campo ubi prius pugnata fuerit, ibi restant super mortuum suum, & non sunt secuti in domum, & postea mittunt in vicinio, & congregant pares, & paucant arma sua jofum, & postea hostiliter sequuntur eum in domum, & si eum tunc occiderint, novem vveregildos componant.

Tom. I.

XLVI. *De libero qui liberum extra terminos vendiderit.*

I. Si quis liber liberum extra terminos vendiderit, revocet cum infra provinciam, & restituat eum libertati, & exaginta solidos componat.

II. Si autem revocare eum non poterit, cum vveregildo cum parentibus solvat, id est, bis octuaginta solidos, si heredem reliquit. Si autem heredem non reliquit, cum ducentis solidis componat.

XLVII. *De eo qui feminam ingenuam extra marcham vendiderit.*

I. Si quis feminam liberam extra marcham vendiderit, revocet eam ad pristinam libertatem, & cum octuaginta solidis componat.

II. Si autem revocare non potest, cum quadrageenis solidis componat.

XLVIII. *De eo qui liberum hominem vel feminam liberam infra provinciam vendiderit.*

I. Si quis liber liberum infra provinciam vendiderit, revocet eum in pristinam libertatem, & cum duodecim solidis componat.

II. Si autem feminam liberam infra provinciam vendiderit, revocet eam ad pristinam libertatem, & cum viginti quatuor solidis componat.

XLIX. *De eo qui hominem occiderit, & eum mortuam fecerit.*

I. Si quis hominem occiderit, quod Alamanii mortuado dicunt, novem vveregildos solvat, & quicquid super eum rauba vel arma tulit, omnia sicut furtiva componat.

II. De feminis autem si ita contigerit, duplice componat, id est, octodecim vveregildos. Vestimenta autem quod super eam tulit, velut furtiva componat.

L. *De eo qui liberum de terra effodierit.*

I. Si quis liberum de terra effodierit, quicquid ibi tulerit, novem vveregildos restituant, & cum quadraginta solidis componat.

II. Feminam autem cum octuaginta solidis componat, si eam effodierit.

III. Res autem quas tulit, sicut furtiva componat.

IV. Si servum effodierit de terra, cum duodecim solidis componat, & ancillam similiter.

L I. *De libero qui alterius uxorem contra legem tulerit.*

I. Si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam, & cum octua-

LEX ALA-
MANNO-
RYM.

E ij

X ALAR.
ANNO
M.

ginta solidis componat. Si autem reddere noluerit, cum quadringentis solidis componat eam. Et hoc, si maritus prior voluerit. Et si antea mortua fuerit quam maritus eam quiescerit, cum quadringentis solidis componat.

II. Si autem ille raptor, qui eam accepit sibi uxorem, ex ea filios aut filias, antequam solvat, habuerit, & ille filius mortua fuerit, ad illum pristinum maritum illum filium cum vveregildo solvat. Si autem vivi sunt, non sint illius qui eos genuit, sed ad illum priorem maritum mundio pertineant.

LII. *De eo qui sponsam alterius accepit.*

I. Si quis sponsam alterius contra legem accepit, reddat eam, & cum ducentis solidis componat.

II. Si autem reddere noluerit, solvat eam cum quadringentis solidis, ejam si mortua fuerit sub eo.

LIII. *De eo qui sponsam suam dimiserit, & aliam duxerit.*

Si quis filiam alienam despontatam dimiserit, & aliam duxerit, componat eam quam despontavit & dimisit cum quadraginta solidis, & cum duodecim sacramentalibus juret, cum quinque nominatis & septem advocatis, ut pro nullo vizio nec tentata eam habuisset, nec vitium in illa invenisset, sed amor de alia cum adduxit ut illam dimisisset & aliam habuisset uxorem.

LIV. *De eo qui filiam alienam non despontatam accepit.*

I. Si quis filiam alterius non despontatam accepit sibi uxorem, si pater eius eam requirit, reddat eam, & cum quadraginta solidis eam componat.

II. Si autem ipsa femina sub illo viro mortua fuerit, antequam illi mundium apud patrem adquirat, solvat eam patri eius quadringentis solidis.

III. Et si filios aut filias genuit ante mundium, & omnes mortui fuerint, unumquemque cum vveregildo suo componat patri femina.

LV. *De uxore mortuo marito sine filiis relicta.*

I. Si quis liber mortuus fuerit, & reliquit uxorem sine filiis aut filiabus, & de illa hereditate exire voluerit nubere sibi alio coequali, sequatur eam dotis legitima, & quicquid parentes eius legitimè placitaverint, & quicquid de fede paterna fecum adulit, omnia in potestate habeat auferendi, quod non manducavit, aut non vendidit.

II. Dotis enim legitima quadraginta solidis constat, aut in auro, aut in argento, aut in manciis, aut in qualicunque re quam habet ad dandum.

LVI. *De eo qui proximi sui defuncti uxori sine filiis relicta dotem contradicerit.*

I. Si autem proximus mariti defuncti contradiceret ipsam dotem illi mulieri voluerit quod lex non est, illa sequatur cum sacramento cum nominatis quinque aut cum spata tracha pugna duorum, si potest adquirere aut per sacramentum aut per pugnam, illa pecunia post mortem mulieris retro nunquam revertatur, sed ille sequens maritus aut filii ejus usque in sempernum possideant.

II. Si autem ipsa femina dixerit, *Marius mens dedit mihi morganæba*, computet quantum valer aut in auro aut in argento aut in manciis aut in equo pecuniam duodecim solidos valentem. Tunc liceat illi mulieri jurare per peccatum suum, & dicat: *Quod maritus meus mibi dedit in posestate, & ego possidere debeo.* Hoc dicunt Alamanni naftahit.

LVII. *De hereditate duarum sororum quae absque fratribus post mortem patris relata sunt.*

Si autem duas sorores absque fratre reliæ post mortem patris fuerint, & ad ipsas hereditates paternæ pertingat, & una nupserit sibi coequali libero, alia autem nupserit aut colono Regis aut colono Ecclesie, illa quæ illi libero nupserit sibi coequali teneat terram patris carum. Res autem alias æqualiter dividant. Illa enim quæ illi colono nupserit, non intret in portionem terræ, quia sibi coequali non nupserit.

LVIII. *De eo qui mulierem in itinere viidentem denudaverit, aut cum ea machaverit.*

I. Si qua libera femina virgo vadit in itinere suo inter duas villas, & obviavit eam aliquis, & per raptum denudat caput ejus, cum sex solidis componat. Et si ejus vestimenta levarent ut usque ad genicula denuder, cum sex solidis componat. Et si eam denudaverit ut genitalia ejus apparet vel posteriora, cum duodecim solidis componat.

II. Si autem cum ea fornicaverit contra ejus voluntatem, componat solidos quadraginta.

III. Si autem mulieri hæc fecerit, omnia dupliceiter componat sicut antea diximus de virgine.

LIX. De eo qui alium percussit aut vulneraverit.

I. Si quis alium per iram percusserit, quod Alamanni pulilac dicunt, cum uno solidi componat.

II. Si autem sanguinem fuderit, sic ut terram tangat, componat solidum unum & semis.

III. Si enim percusserit eum ut testa appareat & radatur, cum tribus solidis componat.

IV. Si autem de capite os fractum tulterit de plaga, ita ut super publica via latuta vixit quatuor pedes in leto sonaverit illud os, cum sex solidis componat.

V. Si autem ipsum os medicus perdit, & non potest eum presentare, tunc duos testes adhibeat qui hoc vidissent quod de illa plaga os tulisset, aut ille medicus hoc comproberet quod verum fuisset quod de ipsa plaga os tulisset.

VI. Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareat, ut medicus cum pinna aut cum fanone cervellam tangent, cum duodecim solidis componat.

VII. Si autem ex ipso plaga cervella exierit, sicut solet contingere, ut medicus cum medicamento aut犀ro stupavit, & postea sanavit, & hoc probatum fuerit quod verum est, cum quadraginta solidis componat.

LX. De eo qui alterius aurem abscederis.

I. Si quis alterius aurem abscederit, & non exsurdaverit, duodecim solidos componat.

II. Si autem sic abscederit profundò, & eum exsurdaverit, quadraginta solidos componat.

III. Si enim medietatem auris abscederit, quod Alamanni oriscardi dicunt, cum sex solidis componat.

LXI. De eo qui palpebras alterius maculaverit.

I. Si enim superior palpebra maculata fuerit, ut claudi non possit, cum sex solidis componatur.

II. Si enim subterior maculata fuerit, ut lacrymas continere non possit, cum duodecim solidis componatur.

III. Si enim visus tactus fuerit in oculo, ita ut quasi vitrum remaneat, viginti solidos componat.

IV. Si autem ipse visus foras exit & milles, quadraginta solidos componat.

LXII. De nare transpuncta vel abscessis.

I. Si enim nasus transpunctus fuerit, cum sex solidis componat.

II. Si enim summitas nasi, ut mucus contineri non possit, abscessus fuerit, cum duodecim solidis componat.

III. Si autem totus à prelio abscessus fuerit, cum quadraginta solidis componat.

LXIII. De labiis maculatis.

I. Si enim labium superius alicujus quis maculaverit, ita ut dentes appareant, cum sex solidis componat.

II. Si subterius, ut salivam continere non possit, cum duodecim solidis componat.

III. Si enim aliquis alio uno iectu duos dentes superiores excusserit primos, cum sex solidis componat.

IV. Et si quemvis unum de ipsis duobus excusserit, cum sex solidis componat.

V. Si autem dentem abscederit quem marcian Alamanni dicunt, cum tribus solidis componat.

VI. De aliis vero qualemque excusserit, unumquemque cum uno solido componat.

VII. De subterioribus vero duobus primi dentibus si alicui quis excusserit, duodecim solidos componat, si uno iectu fecerit.

VIII. Si autem unum ex ipsis excusserit, cum duodecim solidis componat.

LXIV. De linguis abscessis, & de vulneribus in facie factis.

I. Si autem lingua tota abscessa fuerit, quadraginta solidos componat.

II. Si autem media, ut aliquid intelligatur quod loquitur, cum viginti solidis componat.

III. Si autem aliqua plaga in facie alicujus facta fuerit, quam capilli vel barba non cooperant, sex solidos componat.

IV. Si autem collus transpunctus fuerit, cum sex solidis componat.

LXV. De eo qui alium contra legem tundrit, & de diversis vulneribus.

I. Si quis alicui contra legem tundrit caput liberum non volentis, cum duodecim solidis componat.

II. Si barbam alicujus tundrit non volentis, cum sex solidis componat.

III. Si quis alio brachium super cubitum transpuncxerit, cum sex solidis componat.

IV. Si autem cubitum transpuncxerit, cum tribus solidis componat.

V. Si manum transpuncxerit, ita ut focus non intret ad coquendum venas vel sanguinem stagnandum, solidum unum & semis componat.

LXX ALA- V. Si autem ferrum calidum intraverit
MANNI- ad flagrandum sanguinem , cum tribus
R. V. M. solidis componat.

VII. Si enim brachium fregerit , ita ut
pellem non rumpat , quod Alamanni pa-
lepruft dicunt , ante cubitum , cum tribus
solidis componat.

VIII. Si autem supra cubitum hoc
contingit , cum sex solidis componat.

IX. Si enim in cubito perclusus fuerit,
ita ut portare non possit nec ad os ma-
num mittere , cum duodecim solidis com-
ponat.

X. Si enim totum brachium mancum
fuerit , ut nihil cum eo facere possit , cum
viginti solidis componat.

XI. Si autem à cubito abscederit , qua-
draginta solidis componat.

XII. Si autem ab ictapula absclusus fue-
rit , cum octuaginta solidis componat.

XIII. Si enim summittatem pollicis
abscederit , cum sex solidis componat.

XIV. Si autem totum , cum duodecim
solidis componat.

XV. Si autem proximum pollici à pri-
mo nodo abscederit , duos solidos & semis.

XVI. Si enim in secundo nodo ab-
sciderit , quinque solidos.

XVII. Si totum abscederit à palma ,
cum decem solidis componat.

XVIII. Si longissimus digitus ab-
scitus fuerit à primo nodo , solido uno & se-
mis componat.

XIX. Si in secundo nodo , cum tribus
solidis componat.

X. Si totus à palma absclusus fuerit ,
cum sex solidis componat.

XI. Si autem digitus anularis à pri-
mo nodo absclusus fuerit , duos solidos , si
in secundo nodo , quatuor solidos , si to-
tus , octo solidos componat.

XII. Ille minimus digitus ita solva-
tur ut pollex.

XIII. Si quis autem longissimum
digitorum ita plagaverit ut inde mancus sit,
ita ut complicare non possit , aut scutum
prendere , aut arma in terra per illum re-
cipere , duodecim solidos componat.

XIV. Si autem in latus punctus fue-
rit , ita ut interiora membra non contin-
gat , cum sex solidis componat.

XV. Si autem interiora membra
vulneratus fuerit , quod hrefvnt dicunt ,
cum duodecim solidis componat.

XVI. Si autem transpunctus fuerit ,
cum viginti quatuor solidis componat.

XVII. Si autem in intelinis macu-

latus fuerit , ut stercora excent , quadra-
ginta solidos componat.

XVIII. Si aliquis alio genitalia tora
abscederit , quadraginta solidos componat.

XIX. Si autem castraverit , ita ut vi-
rilia non tollat , cum viginti solidis com-
ponat.

XX. Si quis alio ambas coxas uno
iectu transpuncxerit , cum duodecim soli-
dis componat. Si autem duabus vicibus ,
similiter.

XXXI. Si quis in genuculo transpunc-
tus fuerit aut plagatus , ita ut claudus per-
maneat , ut pes ejus ros tangat , quod Ála-
manni taudragil dicunt , cum duodecim
solidis componat.

XXXII. Si tibia subtus genuculo trans-
puncta fuerit , cum tribus solidis compo-
nat.

XXXIII. Si autem articulus prior
abclusus fuerit , cum sex solidis componat.

XXXIV. Illi autem alij articuli si ab-
scisi fuerint toti , unuquaque cum tribus
solidis componantur.

XXXV. Si totum pedem abscederit ,
quadraginta solidos componat. Si à genu-
culo abscitus fuerit , quinquaginta solidis
componatur.

XXXVI. Si autem à coxa sursum abs-
cisa fuerit , & inde vixerit , octuaginta soli-
dis componatur.

XXXVII. Si autem aliquis alio her-
niam exprefserit , cum tribus solidis compo-
nat.

LXVI. *De eo qui alteri viam contradixerit.*
Si quis liber libero in via manus injec-
rit , & contra legem ei viam contradixerit ,
aut aliiquid ei tollere voluerit ; cum sex soli-
dis componat.

XVII. *De eo qui alterum de caballo
jačaverit.*
Si quis liber liberum in via de caballo
jačaverit , & ei tulerit , & statim eum redit
in ipso loco , addat ei consimilem , &
duodecim solidos. Hec omnis compo-
nitio , quam viris judicavimus , feminis eo-
rum omnia dupliciter componantur.

LXVIII. *De libero qui liberum
occiderit.*
I. Si quis autem liber liberum occiderit ,
componat eum bis octuaginta solidos filius
fuis.

II. Si autem filios non reliquit , nec he-
redes habuit , solvat eum ducentis solidis.

III. Feminas autem eorum semper in
duplum componat.

IV. Medius yero Alamannus si occisus

77 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI
REGIS L.

fuerit, ducentis solidis solvat eum parentibus qui eum occiderit.

LXIX. De eo qui alterius amissarium furaverit.

I. Si quis alicuius amissarium involaverit, ille cuius est debet probare quantum valer. Si enim dicit quod duodecim solidos valent, cum duobus juret quod tanti valeat, & sic solvat illi pro talem quem ille juraverit in caput, & illos alios novem geldos solvat, medietatem in auro valente pecunia, medietatem autem qualem invenire potuerit pecuniam.

II. Et si ille talem equum involaverit quem Alamanni marach dicunt, sic cum solvat sicut & illum amissarium.

LXX. De eo qui alterius caballum involaverit.

I. Si quis alicui caballum involaverit, adpretier eum dominus ejus cum sacramento usque ad sex solidos, si tantum valer, aut plus aut minus, quantum ille cum sacramento adpretiaverit in caput, tantum restituat fur. Novem enim geldos in qualis pecunia habet, jumentum tribus solidis adpretier, si tantum valer aut minus.

II. Si equo quem marach dicunt oculum excusserit, aut eum excurtaverit, cum tribus solidis componat.

III. Illo alio caballo mediano si oculum excusserit, solidum unum & semis componat. Et si eum excurtaverit, similiter componat.

IV. Si enim jumento oculum excusserit, medium solidum. Et si eum excurvant, ita faciet.

LXXI. De eo qui equum plagaverit, dum hominem plagare voluerit.

Si quis homo in equo suo caballicaverit, & aliquis cum super ipsum plagare voluerit, & dum illum plagare voluerit, caballum ejus plagaverit, ita plagam caballi componat quemadmodum compонere debuit si dominum ejus plagasset.

LXXII. De eo qui in troppo de jumentis dueticem involaverit.

I. Si enim in troppo de jumentis illam dueticem aliquis involaverit, licet eam domino ejus adpretiare duodecim solidis. Et quicquid ille adpretiaverit, ille fur furtivum reddat novem geldos.

II. Alia autem jumenta de grege, quae lactantes sunt, cum sex solidis componat.

III. Alia autem quae adhuc prægnan non fuerunt, tribus solidis sint adpretiata.

DAGOBERTI 78

LXXXIII. De eo qui prægnans jumentum ferierit & abortivum fecerit.

LEX ALA-
MANNO-
RVM.

Si autem aliquis homo iactu ferierit prægnatum jumentum, & abortivum fecerit ita ut jaçet poledrum mortuum, unum solidum componat.

LXXXIV. Qualiter jumenta, quæ messem laeserint, includantur.

I. Si quis gregem jumentorum ad pignus tulerit, & incluerit contra legem, cum duodecim solidis componat & dimittat & usque ad annum integrum habeat eos in cura ille qui illos pignoravit. Et si aliquid de ipso grege in ipso anno perderit, ille qui pignus tulerit, simile restituar.

II. Si autem ipse grex jumentorum damnum fecerit, aut in prato, aut in messe, foris minetur, & dicatur domino ejus ut veniat videre quale damnum fecit, & quantum astimaverit arbitrio, aut adfirmare ausus fuerit quod tantum damnum fecisset, tantum dominus jumentorum restitutus.

III. Si vero pastorem illorum jumentorum aliquis occiderit, componat cum solidis quadraginta.

LXXXV. De eo qui taurum gregem regenterem involaverit aut occiderit.

Si quis in vaccaritia legitima, ubi sunt duodecim vacce vel amplius, taurum ex ea involaverit vel occiderit, tribus solidis eum solvat: aut qualemque armentum de ipsa vaccaritia involutum fuerit, secundum qualitatem eum solvat. Illam optimam vaccam quatuor tremissiles liceat adpretiare, illam aliam frequenterianam solidum unum. Illa alia minuta animalia secundum arbitrium adpretientur, & ita folvantur secundum quod lex habet.

LXXXVI. De eo cui morttaudus imputatur.

Si quis morttaudit barum aut feminam, qui qualis fuerit, secundum legitimum vveregildum novem geldos solvatur, aut cum viginti quatuor totos electos aut cum octuaginta quales inventire potuerit juret.

LXXXVII. De eo qui gravida mulier natum interficerit.

Si qua mulier gravida fuerit, & per factum alterius infans natus mortuus fuerit, aut si vivus natus fuerit, & octo dies non vivit, cui imputatum fuerit, quadraginta solidos solvat, aut cum duodecim medios electos juret.

LXXXVIII. De pretio bovis.

Optimus bos quinque tremissiles valet, medianus quatuor tremissiles valet, minor sicut adpretiatus fuerit. Qui de ipsis ali-

LEX ALA-
MANNO-
RYM.

quem involaverit, sicut lex habet, ita
componat.

LXXIX. *De eo qui pastorem vel artifices occiderit.*

I. Si pastor porcorum, qui habet in grege quadraginta porcos, & habet canem doctum & cornu & jumentum, si occisus fuerit, quadraginta solidis componatur.

II. Legitimus pastor ovium, si octoginta capita in grege habet domini sui, & occisus fuerit, cum quadraginta solidis componatur.

III. Si alicius seniscalcus, qui servus est, & dominus eius duodecim vallos infra domum habet, occisus fuerit, quadraginta solidis componatur.

IV. Si mariscalcus qui super duodecim caballos est occiditur, quadraginta solidis componatur.

V. Si coquus qui jumentum habet occiditur, quadraginta solidis componatur.

VI. Si pastor, similiter.

VII. Faber aurifex aut spatarius, qui publice probati sunt, si occidentur, quadraginta solidis componantur.

LXXX. *De eo qui cum ancilla vestiaria & generaria concubuerit.*

I. Si quis cum alicius ancilla vestiaria concubuerit contra voluntatem ejus, cum sex solidis componat.

II. Et si cum puella de genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus, cum sex solidis componat.

III. Si quis cum aliqua ex illis aliis de genecio contra voluntatem ejus concubuerit, cum tribus solidis componatur.

LXXXI. *De eo qui incendium super alium in nocte miserit.*

I. Si quis super aliquid focum in nocte miserit, ut domum ejus incendar, seu & salam suam, & inventus & probatus fuerit, omne quod ibidem arsit simile restituat, & super haec quadraginta solidos componat.

II. Si enim domum infra curtem incenderit, aut scuriam, aut graniam, vel celaria, omnia familia restituant, & cum duodecim solidis componat.

III. Si quis fubbam, ovile, porcariam domum alicius concremaverit, unquamque cum tribus solidis componat, & simile restituat.

IV. Servi domum si incenderit, cum duodecim solidis componat, & simile ei restituat.

V. Scuriam vel graniam servi si incen-

derit, cum sex solidis componat, & simile restituat.

VI. Si enim spicarium servi incenderit, cum tribus solidis componat. Et si domino, cum sex solidis, & simile restituat.

LXXXII. *De canibus sensibus vel alia furatis aut occisis.*

I. Si quis canem feuum primum cursum, qui primus currit, involaverit, solidos sex componat: qui secundum, solidos tres componat.

II. Qui illum ducentorem, qui hominem sequentem ducit, quem laetus hunc dicunt, furaverit, duodecim solidos componat.

III. Bonum canem porcarium, vel qui vaccam & taurum prendit, si occidetur aliquis, cum tribus solidis componat.

IV. Si velut leporalem probatum aliquis occiderit, cum tribus solidis componat.

V. Si quis canem pastoralem, qui lumen mordit, & pecus ex ore eius tollit, & ad clamorem ad aliam vel ad tertiam villam currit, occiderit, cum tribus solidis componat.

VI. Si canem qui curtem defendit aliquis occiderit, cum solido componat.

VII. Et si ipse canis cum per vestimentum adprehendit, & eum quasi nolens percussit, & mortuus fuerit, iuret ut per invidiā non fecisset, nisi se ad defendantum, & donet alium catellum, qui jugum transpaffare possit.

LXXXIII. *De eo qui aliquam clausuram in aqua fecerit, & ibi aliquid negaverit.*

I. Si quis mulinum aut qualemcumque clausuram in aqua facere voluerit, sic faciat ut nemini noceat. Si autem nocuerit, rumptur utique dum non noceat.

II. Si ambe ripae sunt, licentiam habeat. Si autem una alterius est, aut rotget, aut comparerat.

III. Si quis aliquam clausuram in aqua fecerit, & ipsa aqua inflaverit, & ibi alicius pecus negaverit, vel famulus, vel infans, quicquid ibi negaverit, simile restituat, unumquodque secundum legem suam componat.

LXXXIV. *De his qui de terra sua inter se contendunt.*

Si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias de termino terrae eorum, & unus dicit, *Hic est nosfer terminus*, alius revadit in alium locum, & dicit, *Hic est nosfer terminus*, ibi praefens sit Comes de plebeilla, & ponat signum ubi ille voluerit, & ubi ille alius voluerit terminum, & girent

girent ipsam contentionem. Postquam gira-
ta fuerit, veniant in medium, & præ-
sente Comite tollant de ipsa terra, quod
Alamanni curfodi dicunt, & ramos de
ipsis arboribus infigant in ipsam terram
quam tollunt, & illarum genealogie qua con-
tendunt levent illam terram præsente Co-
mite, & commendent in sua manu: ille
involvatur in fanone, & ponat sigillum, &
commendet fidei manu usque ad statu-
tum placitum. Tunc spondeant inter se
pugnam duorum. Quando parati sunt ad
pugnam, tunc ponant ipsam terram in
medio, & tangant ipsam cum spatis suis,
cum quibus pugnare debent, & testifi-
centur. Deum cretorem ut cuius sit ju-
stitia, ipsius sit & victoria, & pugnent.
Qualis de ipsis vicerit, ipse possideat illam
contentionem; & illi alij præsumptiosi,
qua proprietatem contradixerunt, duo-
decim solidos componant.

LXXXV. De eo qui servum alterius fu-
gientem accepit & sequenti domino con-
tradixit.

Si quis fugitivum alterius servum suscep-
perit, & sequenti domino aut in illa die,
aut quando poterit, contradixerit eum,
& reddere noluerit, tunc vadat ad Princi-
pem quem ille habet, ut ei iustitiam faciat,
& cum quadraginta solidis componat
eum, qua contra legem cum recepit.

LXXXVI. De eo qui servum in pignus
suscepit, & si ipse servus aliquod dam-
num fecerit.

I. Si quis pignus tulerit contra legem,
aut servum, aut equum, postquam illum
in dominum suum duxerit, & ille servus ibi
hominem occiderit, aut ille equus aliquod
damnum fecerit, illud damnum ad illum
pertineat qui illud pignus tulit, non ad il-
lum dominum cuius illud pignus fuerit.

II. Si autem dominus voluntariè pig-
nus dederit pro aliqua re alicui, & illud
pignus quod datum est, ibi aliquod dam-
num fecerit, dominus qui dedit, damnum
quod factum est simile restituit.

LXXXVII. De eo qui alteri res suas
apud se inventas contradixit.

Si quis res suas apud alium hominem in-
venierit, quicquid sit, aut mancipia, aut
pecus, aut aurum, aut argentum, aut alia
spolia, & illa reddere noluerit, & contra-
dixerit, & post hæc convictus fuerit ante
judicem, aut simile aut ipsum reddat, &
cum duodecim solidis componat, quia
proprietatem ejus contradixit.

Tom. I.

LXXXVIII. Ut fratres post mortem pa-
tris corum hereditatem non dissident ante-
quam dividant eam.

Si qui fratres post mortem patris eorum
aliquanti fuerint, dividant portionem pa-
tris eorum. Dum hoc non fuerit factum,
nullus rem suam dissipare faciat usque
dum æqualiter partiant.

LXXXIX. De eo qui hominem occiderit
& negaverit.

Si quis hominem occiderit, & negare
voluerit, cum duodecim nominatis jurer,
& alios tantos advocatos in arma sua fa-
cramenta pro quatuor tremissis cum uno
sacramentali juret. Pro tribus solidis &
tremisse cum duobus sacramentalibus ju-
ret. De sex solidis & tremisse cum quin-
que nominatis juret, aut cum tracta spata
defendant.

X C. De coxa vel brachio incisis.

I. Si coxa abscisa fuerit libero homini,
octuaginta solidis componatur.

II. Si brachium abscisum à scapula fue-
rit, similiter.

X C I. De eo qui mulieri prægnanti
aboricorum fecerit.

Si quis mulieri prægnanti abortivum fe-
cerit, ita ut jam cognoscere possit utrum
vir an femina fuit; si vir debuit esse, cum
duodecim solidis componat; si autem fe-
mina, cum viginti quatuor. Si neutrum
cognoscere potest, & jam non fuit forma-
tus in linimenta corporis, cum duodecim
solidis componat. Si amplius requirit, cum
sacramentalibus suis se idoniet.

X C II. De hereditate quam mulier po-
partum statim mortua dereliquerit.

Si qua mulier, quæ hereditatem pater-
nam habet, post nuptum prægnans pepe-
rit puerum, & in ipsa hora mortua fuerit,
& infans vivus remanerit aliquanto spa-
cio, vel unius horæ, ut possit aperire oculi
& videre culmen domus & quatuor par-
ties, & postea defunctus fuerit, heredi-
tas materna ad patrem ejus pertineat, cò
tamen si testes habet pater ejus quod vi-
dissent illum infantem oculos aperire, &
potuisset culmen domus videre & quatuor
paries. Tunc pater ejus habeat licen-
tiā cum lege ipsas res defendere. Si au-
tem aliter; cuius est proprietas, ipse con-
quirat.

X C III. De eo qui in pugna parem suum
dereliquit & fugit.

Si qua in exercitu pugna commissa fue-
rit, & dimittit quis parem suum pugnare
& fugit, & ille alius defendit se, post re-

F

LIX ALA-
MANNO-
RYM.

verisionem ille qui fugit componat bis oc-
tuaginta solidos illi alio quia inde fugivit.

X C IV. *De eo qui post finitam & emenda-
tam causam mallare presumperit.*

Si quis aliquem post finitam causam &
emendatam mallare voluerit, post testes
tractos & emendationem datam si hoc
præsumperit tentare, & iste se non potest
per sacramenta vel per testes defensare,
tunc per pugnam duorum se defendat. Et
post hæc ille testator cum quadraginta so-
lidis componat.

X C V. *De eo qui ingenuam feminam colpo
percussit.*

I. Si quis feminam ingenuam colpo
percussit, sic ut sanguis non exeat, sol-
vat solidos duos. Si lida fuerit, solvat so-
lidum unum & tremissim. Si ancilla fuerit,
solvat solidum unum.

II. Si barus fuerit, similiter.

III. Si servus fuerit, medium solidum.
X C VI. *De eo qui medelam aut carrucam
alterius involaverit.*

I. Si quis medelam rumpit aut involat,
solidos tres solvat.

II. Si carrucam involat, aut rumpit ro-
tas in priori parte, sic ut illa die opera tri-
cer, solidos tres componat.

III. Si de post involat aut rumpit, sex
solidos componat.

IV. Si herpices fuerit, tres solidos com-
ponat.

X C VII. *De eo qui buricas in silva
porcorum incenderit.*

I. Si quis buricas in silva tam porcorum
quam pecorum incenderit, viginti duos
solidos componat.

II. Et si intus per furem intrat, & de
suo nihil inventi, sex solidos componat.

III. Et si in curte aliena ingressus fue-
rit, simili modo.

IV. Si intus in scuria, duodecim soli-
dos componat.

V. Nisi homicida sius ei in curte aut in
cafa fugerit, & pro ipso nullus offert ju-
sticiam, si frequenter ipsum currat, hoc non
est ad requirendum.

X C VIII. *De eo qui gregem animalium in
pignus tulerit, & porcarium vel ceteros
pastores flagellaverit.*

I. Si quis gregem de porcis, aut de ju-
mentis, aut de vaccis, vel de berbicibus
in pignus tulerit, quadraginta solidis sit
culpabilis.

II. Si porcarius ligatus de via ostiatis vel
battutus fuerit, sic ut duo teneant, & ter-
tius percutiat, novem solidos componat.

Capitularia

DAGOBERTI
REGIS L.

84

Et de reliquo quod ei fecit, sicut reliquis
servis componi soler, ei in triplum com-
ponatur.

III. Et quod de berbicario, stotario,
& vaccario fit, quod reliquis servis com-
poni soler, componatur eis in duplo.

X C I X. *De eo qui bifontem vel cetera
animalia aut furaverit aut occiderit.*

I. Si quis bifontem, bubalum, vel cer-
vum qui prugit, furaverit aut occiderit,
duodecim solidos componat.

II. Et si cervus ille treudis non habet,
medium solidum componat.

III. Si treudis habet, & cum ipso nihil
fagittatum est, solvat solidum unum.

IV. Si rubeus feramus cum ipso fagit-
tatu est, tres solidos solvat.

V. Si niger est, solidos sex componat.

VI. Si involatus fuerit, novem geldos
componat.

VII. Si cerva indomita fuerit occisa,
tremissi solvat.

VIII. Si treudem habuit, medium so-
lidum.

IX. Si cum ipsa rubea fera sagittata
fuerit, sex solidos solvat.

X. Si nigra, sex solidos componat.

XI. Si involata fuerit, novem geldos
componat.

XII. Si ursus alienus occisus aut invo-
latus fuerit, solvat eum solidis sex.

XIII. Aprum similiter.

XIV. Si quis pecus manualem, qui di-
citur alatus, aut verrem, aut ducariam
occiderit, sex solidos componat.

XV. Si furatus fuerit, tres solidos sol-
vat, & quantum juret quod valuerit, no-
vem geldos componat.

XVI. Si quis capriolum occiderit, fai-
ga. Si involatus fuerit, novem geldos com-
ponat.

XVII. Si grus fuerit furata aut occis-
ta, tres solidos solvat.

XVIII. Si auca fuerit involata aut oc-
cisa, novem geldos solvat.

XIX. Aneta, gariola, ciconia, cor-
vus, cornicula, columba, & cauha, &
croërola, ut alia similia requirantur.

X X. Si acceptor qui aucam mordet,
tres solidos solvat: si gruem mordet, sex
solidos componat.

X X I. Si verris occiderit, alium pro eo
reddat, & tres solidos solvat.

X X II. Si canis alienus hominem occi-
derit, medium vveregildum solvat. Et si
totum vveregildum querat, omnia offia
fua claudantur, & per unum ostium fem-

per intret & exeat: & de illo limitare novem pedes suspendatur usque dum totus paretur & ibi putridus cadat, & ossa ipsius ibi jaceant; per alium ostium non intret nec exeat. Et si canem ipsum inde jasteraverit, aut per alium ostium intraverit in casam, ipsum vveregildum medium reddat.

XIII. Si caballus, porcus, aut bos hominem occiderit, totum vveregildum solvat. Si servus fuerit, medium pretium solvat.

XIV. Si alicuius caballus sepe alienam fallierit, & de pale transpunctus fuerit, cuius sepiis fuerit, ipse solvat medium pretium.

EXPLICIT LEX ALAMANNORVM.

CAPITVLA ADDITA AD LEGEM ALAMANNORVM.

Nunc primum edita ex veteri codice Remensi MS.

I. Si quis alteri oculum ruperit, & ille pupillus intus restitit, solvat solidos viginti. Si oculus ille foras exierit, solidos quadraginta, aut cum duodecim medios eleatos juret.

II. Et qui auriculam simaverit, solvat solidos viginti. Si totum excusserit, aut si plagaverit, ut audire non possit, solvat solidos quadraginta, aut cum duodecim juret.

III. Si quis brachium super cubito transpuncxerit, solvat solidos lex. Si subtus cubitum fuerit, solidos tres solvat.

IV. Simili modo si coxa transpuncta fuerit, solvat solidos sex. Si subtus genuclum fuerit, solvat solidos tres. Si non fuerit transpuncta, & nervora tegerit ut ibi vvasilus intrat, solvat solidos tres.

V. Si in brachium five in coxa super genuclum aut super cubito, unam compositionem.

VI. Si quis in revo plagatus fuerit in pectus aut in latus, solvat solidos duodecim, aut cum duodecim medios eleatos juret. Si transpunctus fuerit, solvat solidos viginti quatuor, aut cum duodecim juret.

VII. Si quis in latus alium transpuncxerit sic ut in revo plagatus non sit, solvat solidos sex, aut cum sex medios eleatos juret.

VIII. Si quis alteri brachium super

Tom. I.

cubitum aut coxa super genuclum cum spata aut cum fuste fregerit, & non mancat, solvat solidos sex. Et si subtus cubitum aut subtus genuclum fuerit, & non mancaverit, solvat solidos tres. Si nervora tangit, & vvasilus intrat, solvat solidos tres.

IX. Si quis alterum brachium mancat, solvat solidos viginti. Et si ipsum pertruncat, solvat solidos quadraginta, aut cum duodecim juret.

X. Si quis digitum pollicem alteri truncaverit, solvat solidos duodecim. Si mancat, aut in primo nodo truncatus fuerit, solvat solidos sex.

XI. Si secundus digitus truncatus fuerit, solidos decem solvat. Si mancat, solvat solidos quinque. Si prima junctura truncata fuerit, solvat solidos tres.

XII. Si tertius digitus truncatus fuerit, solvat solidos tres. Si mancat, solvat solidos tres.

XIII. Si quartus digitus truncatus fuerit, solvat solidos tres. Si mancat, solvat solidos tres.

XIV. Si quartus digitus truncatus fuerit, solvat solidos quinque. Si in primo nodo truncatus fuerit, solvat solidos tres.

XV. Si minimus digitus truncatus fue-

F ij

XV. Si quis ferrum mulinarium in-
volaverit, alium cum ipso reddat, & sol-
dat solidos sex in texaga ci cuius fuerit.

LEX ALA-
MANNO-
RVM,

XVI. Si quis sepe alienam capula-
verit, tres solidos solvat.

XVII. Si quis mortuum suum in terra aliena posuerit, duodecim solidos solvat, aut cum duodecim juret ut hoc pro malo non fecisset.

XVIII. Si quis ingenuum aut inge-
nuam extraneam sine permisso cuius fue-
rit in terram miscerit, quadraginta solidos
sit culpabilis. Si servus fuerit, duodecim
solidos solvat.

LIX ALA- rit, solvat solidos decem. Si mancaverit,
MANNOS-
RVM. solvat solidos quinque.

XVI. Et si manus transpuncta fuerit,
solvat solidos sex. Et si manus tota excusfa
fuerit, solvat solidos quadranginta, aut cum
duodecim medios electos juret.

XVII. Si quis alteri pedem truncave-
rit, solvat solidos quadranginta. Et si man-
cat, solvat solidos viginti. Et si foris villa
ambulare potuerit, & in campo suo cum
stelzia ambulare poterit, solvat solidos vi-
ginti quinque, aut cum duodecim medios
electos juret.

XVIII. Si quis alteri articulum polli-
cem truncaverit, solvat solidos sex. Si prima
junctura truncatus fuerit, solvat solidos
tres. Si lito contigerit, solvat solidos
quatuor. Si servo, solvat solidos tres.

XIX. Si alius articulus truncatus fue-
rit, solvat solidos tres.

XX. Si qua mulier gravata fuerit, &
per facto alterius infans mortuus natus
fuerit, aut si vivus natus fuerit, & novem
noctes non vivit, cui reputatum fuerit
quadranginta solidos componat.

XXI. Si femina baronem extra rixam
subdolum clamaverit, solvat solidos duo-
decim, aut cum duodecim medios electos
juret manus ipsius.

XXII. Si quis alterius ingenuum de
crimina seu stria aut herbaria lisit, & eam
preferit, & ipsam in clida miserit, & ipsam
cum duodecim medios electos aut cum
spata tracha quilibet de parentes aduna-
verit, dccc. solidos componat. Si ancilla
fuerit, quindecim solidos componatur.
Si in clida misa non fuerit, & prisa &
temptata fuerit, quadranginta solidos com-
ponat. Et si in clida non fuerit, sex solidos
solvat. Et si ipsam vir contrahetterit cul-
pabilem, & ille propter quem ei reputa-
tur mortuus fuerit, ille qui feminam con-
trahetterit, vviregildum ejus defolvarat. Si
baro fuerit de minofidis, solvat solidos
centum septuaginta. Si medianus Alamanni-
nus fuerit, ducentos solidos componat. Si
primus Alamannus fuerit, ducentos qua-
draginta solidos componat, aut cum vi-
ginti quatuor medios electos aut cum qua-
draginta quales invenire poterit juret. Si
femina minofidus fuerit, solvat solidos
tercentos viginti. Si mediana fuerit, sol-
vat solidos quadringentos. Si prima Ala-
mannus fuerit, solvat solidos quadringen-
tos octuaginta.

XXIII. Si quis mortuatus fuerit baro
aut femina, qui qualis fuerit, secundum

legitimum vviregildum suum in novegil-
dum solvatur, aut cum viginti quatuor to-
tos electos aut cum octuaginta quales in-
venire poterit juret.

XXIV. Si quis superius mortuum suum
de alienas res qua valuerit sol. in terra mi-
serit, solvat solidos quadranginta. Et si tre-
misus aut duos valuerit, solvat solidos duo-
decim, aut cum duodecim medios elec-
tos juret.

XXV. Et cuicunque mortuo, tam oc-
ciso, quamque sua morte mortuo, aliquid
tollatur aut involatur, de fossa ubi repon-
atur exsoditur, & expolitus fuit, quod ibi
tulit reddat, & octuaginta solidos
solvat.

XXVI. Si quis ingenuus ingenuum
interficerit, & ei aliquid de res suas fan-
gulentas tulerit, aut hoc auferit ad paren-
tes, nihil est ad requirendum. Si enimvero
non offerit, quadranginta solidos solvat.

XXVII. Si litus fuerit in Ecclesia ut
in heris generationis dimissus fuerit, tre-
decim solidos & tremissos componat. Si
servo fuerit factum, duodecim solidos
componat. Si ingenua Alamanna factum
fuerit, octuaginta solidos componat, aut
cum duodecim juret. Si lita fuerit, viginti
sex solidos & duos tremissos componat.
Si ancilla fuerit, duodecim solidos com-
ponat, aut cum duodecim medios electos
juret. De vvegalungen sex solidos solvat.
Si litus fuerit, solvat solidos quatuor. Si
servus fuerit, solidos tres. Si ingenua Ala-
mannia hoc alteri fecerit, duodecim solidos
componat. Si lita fuerit, octo solidos
componat. Si ancilla fuerit, quatuor sol-
idos solvat. Aut qui eas discipillaverit
..... rit, quindecim solidos compo-
nat.

XXVIII. Si quis messem alienam in-
choat, solidos componat, aut
cum duodecim juret ut pro malo hoc non
fecisset. De initiatâ messe priserit, tres sol-
idos solvat.

XXIX. Si mulier maritum datum sine
procreatione aliqua mortua fuerit, & om-
nes res ejus ad parentes reddantur, quic-
quid per legem obtingat. Et si maritum
superixerit, tota lectuaria ei concedan-
tur. Si voluntaria se partire volunt, tollant
quod eam per legem obtinet. Lectaria
partiant æquale.

XXX. Si maritus uxorem suam dimi-
tit, quadranginta solidos ipse componat, &
de mundo suo non habeat potestatem, &
omnia ei reddat quod ei per legem obtin-

89 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 90
610.

git. Si reputat aliquid, potestatem habeat
femina ipsa deber, solidos duodecim sol-
vat. De una remanastula sua jure quod fu-
perfuerit maritus jure aut reddat.

XXXI. Si quis altero per mano aut per
drappo iratus priferit, solidos sex solvat,

XXXII. Si pignus alterius occidit, sex
solidos solvat. Si porcus aut berbicis fue-
rit, tres solidos solvat.

XXXIII. Si aliis altero pro altero
pignorat aut furore tollit, si dominus ar-
mento retulit, tremisse componat. Si in-
domitus fuerit, duas fagias componatur.
Si equus fuerit, solidi uno. Si veltris fue-
rit, dimidio solidi. Si jumentus fuerit, tre-
misse. Si expoliatus fuerit, similiter com-
ponatur.

XXXIV. Si quis alterum ligat, & fo-
ris marcha eum vendit, ipsum ad locum
revocet, & quadraginta solidos compo-
nat. Si cum inventire non potuerit, vvere-
gildum suum solvat.

XXXV. Si cujuſliber messarius de
grege tuletur, & castratus fuerit, quan-
tas equas sunt, tantos solidos solvat.

XXXVI. Si accipiter qui angam mor-
dit, solidos tres solvat. Si grugem mordit,
sex solidos solvat.

XXXVII. Si verrus verrem occidit,
ipso pro eo reddatur, aut tres solidos solvat.

XXXVIII. Si quis ingenuum aut in-
genuum expromissum cuius fuit in terra

miserit, quadraginta solidis sit culpabilis. LEX ALA-
Si cervus fuerit, duodecim solidis sit cul-
MANO-
pabilis. RVM.

XXXIX. Si quis alterius infans mi-
nistroledis fuerit, tres solidos componat. Si
medianus fuerit, sex solidos componat. Si
meliorissimus fuerit, duodecim solidos
componat.

XL. Si quis alium de caballo jačtat,
solvat solidos sex.

XL I. Si quis alterius puellam impia-
fuerit, quadraginta solidos solvat, & ip-
sam reddat.

XL II. Si quis alterius puellam de ge-
nicio deviolaverit, solvat solidos sex. Et
qui in ejus foliatum ambulat, qui super
eam manum mittit solvat solidos tres. Qui
eam non tangit, solvat solidos duos.

XL III. Si quis de gregi aliena jumen-
tum tollit, & domat eum alium, simile
cum reddat. Si occisa fuerit, tres solidos
solvat. Si mediana equa fuerit, sex solidos
componat. Si meliorissima fuerit, duode-
cim solidos componat. Si taurus fuerit, sex
solidos componat. Si involutus fuerit, sex
solidos componat, & quantum valuit oc-
togildum componat.

XL IV. Si faber ferrarius occisus fue-
rit, quadraginta solidos componatur. Si
aurifex fuerit, quinquaginta solidos com-
ponatur. Si quis de ipso mancatus

Cetera desiderantur.

ITEM ALIA CAPITVL A.

I. **S**i quis alterius invitam puellam pri-
ferit, vveregildo suo semper sit cul-
pabilis. Si non fuerit rapta, duodecim fo-
lidos componat.

II. Si quis res alienas aut Ecclesiæ malo
ordine invaserit, & alius facienti violen-
tiā repugnaverit, is nullum crimen ad-

mittit: quia non facit violentiam qui vim
repellit, aut qui malè agenti contradi-
cit.

III. Nullus alienam terram sine aučto-
ritate præsumat invadere. Qui hoc fecerit,
cum vindicta se expellendum esse cog-
noscat.



F iiij

DAGOBERTI REGIS
CAPITVLARE TERTIVM

S I V E

LEX BAIVVARIORVM.

INCIPIVNT CAPITVLIA LEGIS BAIVVARIORVM.

Titulus I. De ecclesiasticis rebus, de libris
legis institutionum quæ ad clerum per-
tinent, seu de Ecclesiarum jure.

- Cap. 1. **V**T si quis liber Baiuvarius vel
quicunque alodium suam ad
Ecclesiam vel quamcumque rem donare
voluerit, liberaem habeat poststatem.
2. De his qui contra legem Ecclesiam frau-
dare voluerint.
3. De furtis Ecclesie, quomodo componantur.
4. De his qui servorum Ecclesie ad fugien-
dam sua erint.
5. De his qui servorum Ecclesie sine mortali
crimine intremerint.
6. De his qui res Ecclesie igne cremaverint.
7. De his qui rei sunt, & configurum fecerint
ad Ecclesiam.
8. De compositione ministrorum Ecclesie,
quomodo componantur.
9. De monachis.
10. De Presbyteris vel Diaconibus, quomodo
componantur.
11. De solis Episcopis, & illorum interfe-
tione.
12. De sanctorialibus vel Deo dicatis.
13. De Presbyteris & Diaconibus, ut minimè
habent cum mulieribus.
14. De colonis vel servis Ecclesie, qualiter
serviant.

Titulus II. De Ducibus & eorum causis
quæ ad eos pertinent.

- Cap. 1. Si quis de morte Ducis consiliatus
fuerit.
2. Si quis Duce suam occiderit.
3. Si quis seditionem excitataverit contra Du-
cem suum.
4. Si quis in exercitu scandalum excitaverit.
5. Si quis infra provinciam, ubi Dux exer-
citum ordinaverit, sine Duci iussione
aliquid prædaaverit.
6. Si quis in exercitu aliquid furaverit.
7. Si quis in utilitate Ducis vel domini sui
mortuus fuerit.

8. Si quis Regis vel Duci sui iussione ho-
minem interficerit.
9. De Duce, si protervus & elatus vel fu-
perbus atque rebellis fuerit, & de-
creta Regis contempserit.
10. De filiis Ducum, si protervi fuerint.
11. De eo qui scandalum in curte Ducis com-
miserit.
12. Ut nullus in campiones sine iussu manus
iniciat.
13. De his qui in curte Ducis aliquid fur-
verint.
14. De his qui iussionem Ducis contempserint.
15. Ut placita sicut per Kalendas.
16. Ut judex partem suam accipiat.
17. Qualis judex fieri debeat.
18. Si judex propter munera iniuste judica-
verit.
19. Si per ignorantiam male judicaverit.
20. De Ducum genealogia, ut daplam hono-
rem accipiant, & eorum compositione.

Titulus III. De liberis, quomodo
componantur.

- Cap. 1. Si quis liberum percosserit per iram.
2. De in ripa projectis.
3. De ab equo projectis.
4. De scalis projectis.
5. De in ignem projectis.
6. De sagittis intoxicate.
7. De potionem mortifera.
8. De hostiliter cinctis.
9. De invitatis pro pignore obtentis.
10. De porcis dispergitis.
11. De simulatis, quod uvanostodal dicunt.
12. De plaga claudicationis.
13. De interfectione liberi hominis.
14. De peregrinis transmontibus viam.
15. Si seruos liberum furaverit.

Titulus IV. De liberis qui per manum
dimissi sunt liberi, quomodo
componantur.

Titulus V. De servis, quomodo
componantur.

93 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI REGIS 2. 94

- Titulus VI.** De nuptiis & operationibus inlicitis prohibendis.
- Cap. 1. *De nuptiis incisis prohibendis.*
 2. *De diebus dominicis.*
 3. *Vt liberum fine mortali criminis non licet inservire.*
- Titulus VII.** De uxoribus & causis quae sepe contingunt.
- Cap. 1. *Si cum uxore alterius quis concubuerit.*
 2. *De seruis qui hoc commiserint.*
 3. *Si propter libidinem manam injecerit.*
 4. *Si indumenta supra genucula elevaverit,*
 5. *De criminalibus rejectis.*
 6. *De rapta virginem.*
 7. *Si quis viduam rapuerit.*
 8. *De fornicatione cum libera.*
 9. *Si servus cum libera fornicaverit.*
 10. *Si cum libera manumissa fornicaverit.*
 11. *Si cum virgine qua per manum libera missa est.*
 12. *Si cum ancilla alterius.*
 13. *Si cum ancilla virgine.*
 14. *Si uxorem propriam propter invidiam dimiserit.*
 15. *Si sponsatam non acceperit.*
 16. *Si alterius sponsam rapuerit.*
 17. *Si promissione feminam frandeverit.*
 18. *De avorfo per potionem facto.*
 19. *Varia de avorfo.*
 20. *De diurna compositione dolore parentum.*
 21. *De debilitate avorfo.*
- Titulus VIII.** Defurto.
- Cap. 1. *Si liber furium fecerit.*
 2. *Si in publico furaverit.*
 3. *Si majorum pecuniam furaverit.*
 4. *Si liberum hominem furaverit.*
 5. *Si fur nocturno tempore captus in furio.*
 6. *Si alienum servum furtum suaserit.*
 7. *Si neficiis à fure aliquid comparaverit.*
 8. *De furto in anno vel aliis speciebus.*
 9. *Si quis occulit alienum animal interserit.*
 10. *Si casu occiderit alienum animal.*
 11. *De tintinnabulo.*
 12. *De horio.*
 13. *De furiva re comparata.*
 14. *De cufodia furivae rei.*
 15. *De compositione à latrone accepta.*
 16. *Vt sacramenta non citio fiant.*
 17. *De falsa suggestione.*
 18. *De accusatione servi alterius.*
- Titulus IX.** De incendio domorum & earum compositione.
- Cap. 1. *De immisso ignis per noctem.*
 2. *De scuria liberi.*
 3. *De culminum ejectione minorum edificiorum.*
 4. *De igne immisso & extinto.*
 5. *De dissipatione domus.*
 6. *De culmine.*
 7. *De trabibus.*
 8. *De spanga, que parietes continent.*
 9. *De ceteris edificiis sumptibus.*
 10. *De curvis dissipatione.*
 11. *De sepe rupta.*
 12. *De signis ob defensionem positis.*
 13. *De via publica.*
 14. *De via convicinali.*
 15. *De semita.*
 16. *De fonte.*
- Titulus X.** De violentia.
- Cap. 1. *De carte.*
 2. *De domo.*
- Titulus XI.** De terminis ruptis.
- Cap. 1. *De limitibus.*
 2. *Si limitibus casu motis.*
 3. *De contentione terminorum.*
 4. *De novo termino prohibendo.*
 5. *De signis non evidentibus.*
 6. *De jacentibus columnis.*
 7. *De materiis non elevatis.*
- Titulus XII.** De pignoribus.
- Cap. 1. *Vt nemini licet pignorare.*
 2. *De eo qui non vult iustitiam facere.*
 3. *Si contra legem pignoraverit.*
 4. *Si porcos in pignus tulerit.*
 5. *Si oves tulerit in pignus.*
 6. *Si messem vel prata araverit.*
 7. *Si messem maturam furaverit.*
 8. *Si alterius iniicerit messem.*
 9. *Si servum ad fugiendum fuerit.*
- Titulus XIII.** De vitiatis animalibus & eorum compositione.
- Cap. 1. *De animalibus vitiatis.*
 2. *Qui ea in sepe compulerit.*
 3. *Si dominus sepiis hoc fecerit.*
 4. *Statim si mortua non fuerint.*
 5. *Si confessus est, recipiat eum.*
 6. *De restituendis animalibus.*
 7. *Si lesum recipere noluerit.*
 8. *Si oculam alterius animalis excusserit.*
 9. *Si bovis cornu.*
 10. *Si candam amputaverit.*
 11. *De injis uis animalibus.*
 12. *Vt minime presumat animal alienum occidere.*
- Titulus XIV.** De commendatis & commodatis.
- Cap. 1. *De cufodia.*
 2. *Si aurum furaverit.*
 3. *De incendio furatis.*
 4. *De commendatis furatis.*
 5. *De re in contentione positis.*
 6. *De viduis.*

- Capitularia**
- DAGOBERTI
REGIS L.
- 96
- 7. De secundis nuptiis.
 - 8. De divisione inter fratres.
 - 9. De eo qui sine liberis moritur.
 - Titulus XV. De venditionibus.
 - Cap. 1. Si quis res alienas vendiderit.
 - 2. Si quis possessionem vendiderit.
 - 3. Si a servis alieno comparaverit.
 - 4. De contentione vendita rei.
 - 5. Si ingenuum hominem vendiderit.
 - 6. Si servum proprium vendiderit.
 - 7. Si servus de suo fuerit redemptus.
 - 8. De commutatione.
 - 9. De venditionis forma.
 - 10. De arrisi.
 - 11. De firmitate.
 - 12. Ut per chartam venditio firmetur aut testes.
 - 13. De pacitis vel placitis.
 - Titulus XVI. De testibus & eorum causis.
 - Cap. 1. De testibus, si sum voluntate vindicare.
 - 2. Si testimoniū habuerit per aūrem tractum.
 - 3. Si testis vietus fuerit.
 - 4. De discordia iudicium.
 - 5. Si plures fuerint testes.
 - Titulus XVII. De campionibus & caufis quae ad eos pertinent.
 - Cap. 1. Si unus ab altero fuerit interfactus.
 - 2. De his qui propriam alodem vendiderunt.
 - Titulus XVIII. De mortuis & eorum causis.
 - Cap. 1. Si mortuum ex monumento ejecerit.
 - 2. Si in flumine projecterit.
 - 3. De vestitu mortuorum.
 - 4. Si vulneraverit mortuum.
 - 5. Si cadaver leserit.
 - 6. Si humaverit mortuum.
 - 7. De navibus.
 - Titulus XIX. De canibus. Capitula X.
 - Titulus XX. De accipitribus vel avibus.
 - Capitula VI.
 - Titulus XXI. De pomariis & nemoribus atque apibus. Capitula XI.

INCIPIT LEX BAIUVARIORVM.

TITVLVS PRIMVS.

De ecclesiasticis rebus, de libris legis institutionum, quae ad clerum pertinent, seu de Ecclesiistarum iure.

Cap. I. *Ut si quis liber Baiuvarius vel quiscumque alodem suum ad Ecclesiam vel quamcumque rem donare voluerit, liberum habeat postfatum.*

Si quis liber persona voluerit & dedecrit res suas ad Ecclesiam pro redemptione anime sue, licentiam habeat de portione sua, postquam cum filii suis partivit. Nullus eum prohibeat, non Rex, non Dux, nec ulla persona habeat potestatem prohibendi ei. Et quicquid donaverit, vilas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia quacumque donaverit pro redemptione anime sue, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse, & testes adhibeat sex vel amplius. Si voluerit, imponamus manus suas in epistola, & nomina eorum notent ibi quos ipse rogaverit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat ipsam pecuniam coram sacerdote qui ibidem servit. Et post haec nullam habeat potestatem exinde nec ipse nec posteri eius, nisi defensor Ecclesie ipsius per beneficium prefare voluerit ei, sed apud Episcopum defendantur

res Ecclesiae, quicquid a Christianis ad Ecclesiam Dei datum fuerit.

II. *De his qui contra legem Ecclesiam frateriū voluerint.*

Si quis aliqua persona contra res Ecclesiae iniuste agere voluerit, vel de rebus Ecclesiae abstrahere voluerit, sive ille qui dedit, vel de heredibus ejus, aut qualicumque homo praesumperit, in primis incurrit Dei iudicium & offendit eum sanctae Ecclesiae, & judicii terreno perfolvat auri uncias tres, & illas res Ecclesiae reddat, & alias similes addat Rego cogente vel Principe qui in illa regione iudex est.

III. *De furtis Ecclesie, quomodo componantur.*

I. Si quis res Ecclesiae furaverit, & exinde probatus fuerit, de qualicumque re niungendo solvat, id est, novem capita restituit. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniae jurer in altari de qua Ecclesia furaverit. De una saiga solus jurer. De duabus saigis, vel tribus, & usque ad tremissim, cum uno sacramentale jurer. Deinde usque ad quatuor tremisses cum tribus sacramentalibus jurer.

II. *Et si ampliorem pecuniam furaverit, aut caballum, aut bovem, aut vaccam, vel quicquid plus valeat quam quatuor tremisses, & negare voluerit, tunc cum*

97 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 98
REGIS 2.

cum sex sacramentalibus juret , & ipse sit septimus , in altare coram populo & Presbytero.

III. Si autem de ministerio Ecclesia aliquid furaverit , id est , calicem , aut patenam , vel pallam , aut quademcumque rem de infra Ecclesia furaverit , & probatus fuerit , trimiungelo solvat , hoc est , ter novem restituat . Et si negare voluerit , secundum qualitatem pecuniae juret cum xii. sacramentalibus in ipso altare .

IV. De his qui servum Ecclesie ad fugiendum fuerint .

I. Si quis servum Ecclesie vel ancillam ad fugiendum fuerit , & eos foras terminum duxerit , & exinde probatus fuerit , revocet eum celeriter , & cum quindecim solidis componat auro ad pretiosos , pro qua re presumptam hoc facere . Et dum illum revocat , alium mittat in loco pro pignore donec illum reddat quem in fuga duxit . Et si non potuerit illum invenire , tunc alium donet similem illi , & quindecim solidos componat .

II. Ita & de ancilla , secundum quod valet , similiter faciat .

V. De his qui servum Ecclesie sine mortali criminis interemerint .

Si quis servum Ecclesie sine mortali culpa occidit per presumptionem , duos similes restituit pro illo quem occidit . Et si negare voluerit , cum duodecim sacramentalibus juret in altare in illa Ecclesia cuius servum occidit .

VI. De his qui res Ecclesie igne cremaverint .

I. Si quis res Ecclesie igne cremaverit per invidiam more furtivo in nocte , & inventus fuerit , si servus est , tollatur manus eius & oculi eius , ut amplius non valeat facere malum . Dominus vero ejus omnia similia restituat , quicquid in illo incendio arserit .

II. Et si liber homo hoc presumperit facere , & res Ecclesie igne cremaverit , & probatus fuerit , componat hoc secundum legem , id est , in primis donet sexaginta solidos auro ad pretiosos propter presumptionem , quia talia aufus fuerat facere . Postea omne culmen quod in illo incendio cecidit cum viginti quatuor solidis componat , & quicquid ibi arserit , omnia similia restituantur . Et quanti homines ibi intus fuerint , & in laeti de incendio evaserint , unicuique cum sua hreuvavinti componat . Et si ibi aliquis laetus fuerit vel mortuus , ac si ipse cum propria manu fecerit , sic secundum personam uniuscujusque

Tom. I.

componat . Et si hoc negare voluerit , cum LEX BA-
VARIOS-
RYM.
viginti quatuor sacramentalibus nominatis juret in altare evangelio superposito coram defensore Ecclesie .

III. Et quisquis de rebus Ecclesie furtivis probatus fuerit , ad partem sibi profredo praebeat fidejussorem , & donet vva-
dium de quadraginta solidis , & tantum solvat quantum iudex iussierit ; & quantum duritus solverit , tantum firmior erit pax Ecclesie .

VII. De his qui rei sunt , & confugium fecerint ad Ecclesiam .

I. Si culpabilis aliquis configugum ad Ecclesiam fecerit , nullus eum vi abstrahere ausus sit , postquam januam Ecclesie intraverit , donec interpellat Presbyterum Ecclesie vel Episcopum .

II. Si presbyter responsum dare ausus non fuerit , & si talis culpa est ut dignus sit disciplina , cum consilio sacerdotis hoc faciat , quia ad Ecclesiam configugum fecit .

III. Nulla sit culpa tam gravis ut vita non concedatur propter timorem Dei & reverentiam sanctorum ; quia Dominus dixit : Qui dimiserit , dimittetur ei . Qui non Matth. 6. dimiserit , nec ei dimitteret .

IV. Si quis autem homo contumax & Lib. v. Ca-
superbus timorem Dei vel reverentiam
Ecclesiarum sanctorum non habuerit , &
fugientem servum suum , vel quem persecutus fuerit , de Ecclesia vi abstraxerit , &
Deo honorem non dederit , componat ad ipsam Ecclesiam quadraginta solidos ju-
dice cogente , & pro profecto ad fiscum quadraginta solidos , ut sit honor Deo & re-
verentia sanctorum , & Ecclesia Dei semper invicta sit .

VIII. De compositione ministrorum Ecclesie ,
quomodo componantur .

I. Si quis ministros Ecclesie , id est , Subdiaconum , Lectorem , Exorcistam , Aco-
lytum , Ostiarium , de ipsis aliquem injuriavent , aut percusserit , vel plagaverit ,
vel occiderit , componat hoc dupliciter
sicut solent componi parentes eius .

II. Illi qui sunt ministri altaris Dei , du-
plicem compositionem accipient .

III. Alij autem Clerici componantur
sicut parentes eorum .

X. De monachis .

Monachi autem qui secundum regulam in monasterio vivunt , & illi dupliciter componantur secundum genealogiam suam , ut reverentia sit Dei , & pax eis qui illi deserviunt .

G

LEX BA-
IVARIO-
RYM.

X. De Presbyteris vel Diaconibus, quomodo
componantur.

I. Si quis Presbytero vel Diacono, quem
Episcopus in parrochia ordinavit, vel qua-
lem plebs sibi recepit ad sacerdotem, quem
ecclesiastica sedes probatum habet, injuri-
am fecerit, vel plagaverit, tripliciter
cum componat.

II. Si autem Presbyterum occiderit,
solvat trecentos solidos auro ad pretiosos.
Si aurum non habet, donet aliam pecu-
niam, mancipia, terram, vel quicquid
habet, usque dum impletat.

III. Diaconum vero cum ducentis so-
lidis solvat.

IV. Vtrosque ad illam Ecclesiam ubi
ministri fuerunt, Episcopo requirent, &
judice cogente, qui in illa provincia sunt
ordinati.

V. Et pro fredo in publico solvat soli-
dos sexaginta, ut exinde sit reverentia fa-
cerdotum, & honor ecclesiasticus non
contemnatur, neque presumptio crescat
in plebe.

XI. De solis Episcopis, & illorum
interfectione.

I. Si quis Episcopum, quem constituit
Rex, vel populus elegit sibi Pontificem,
occiderit, solvat eum Regi vel plebi aut
parentibus secundum hoc edictum. Fiat
tunica plumbea secundum statum ejus, &
quod ipsa pensaverit, auri tantum donet
qui eum occidit. Et si aurum non habet,
donet aliam pecuniam, mancipia, terram,
villas, vel quicquid habet, usque dum im-
plete debitum. Et si non habet tantam
pecuniam, scipium & uxorem & filios tra-
dat ad Ecclesiam illam in servitium usque
dum se redimere possit. Hoc per impe-
rium Regis vel judicis fiat. Et illa pecunia
in uero ipsius Ecclesiae, ubi Pontifex fuit,
ibi sit firmata usque in perpetuum.

II. Et si Episcopus contra aliquem cul-
pabilis apparuit, non presumat eum occi-
dere, quia summus Pontifex est; sed mal-
let eum ante Regem vel Ducem, aut ante
plebem suam.

III. Et si convictus de crimine negare
non possit, tunc secundum canones ei ju-
dicetur.

IV. Si talis est culpa ut deponatur, de-
ponatur aut exilietur. De homicidio, de
fornicatione, de consensu hostili, si infra
provinciam inimicos invitaverit, & eos
perdere voluerit quos salvare debuerat,
pro iustis culpis damnetur.

XII. De sanctimonialibus vel Deo dicatis.

Si quis sanctimonialem, hoc est, Deo
dicatam, de monasterio traxerit, & eam
sibi in conjugio duxerit contra legem ec-
clesiasticam, requirat eam Episcopus ci-
vitatis illius cum consilio Dicis, velit nolit,
tamen reddat eam ad illud monasterium
unde eam tulit, & componat ad illud mo-
nasterium duplicerit sicut solet compone-
re qui alienam rapit sponsam. Scimus illum
criminis esse obnoxium qui alienam spon-
sam rapit. Quanto magis ille obnoxius est
criminis qui Christi usurpat sponsum? Et
si noluerit emendare & reddere, expellatur
de provincia, dicente Apostolo: *Auserte* ^{1. Cor. 5.}
malum à vobis metitis. & iterum: *Tradere*
*huiusmodi satanas in interitum carnis, ut spi-
ritus salvis sit in die Domini.*

XIII. De Presbyteris & Diaconibus, ut
minime habentem cum mulieribus.

I. De Presbyteris vel Diaconis & de
ecclesiasticis ministris, ut nullo Presbyte-
ro vel Diacono licet habere secum in do-
mum extraneam feminam, ne per illam
occasione decipiatur, & pollutus offe-
rat sacrificium Deo, nec plebs per ejus of-
fensionem corruat, & plaga fulmineat.

II. Propterea qui gradu sacerdotali ful-
ciuntur, extranearum mulierum interdi-
cta consortia cognoscant; hac eis tantum
facultate conceila, ut matres, filias, at-
que sorores germanas inter domorum sua-
rum septa contineant. In his enim nihil
suspecti criminis aestimare fedus naturale
permittit. illas etiam non relinquat casti-
tatis hortatur affectio.

III. De ceteris causis Presbyteri, Dia-
coni, vel Clerici ab Episcopis secundum
illorum canones judicentur.

XIV. De colonis vel servis Ecclesiae,
qualiter serviant.

I. De colonis vel servis Ecclesiae, qualiter
serviant, vel qualia tributa reddant,
hoc est, agrarium secundum aestimatio-
nenem judicis, provideat hoc judex; secun-
dum quod habet donet. De triginta mo-
diis tres donet, & pascuarium defolvet se-
cundum usum provincie.

II. Andecingas legitimas, hoc est, per-
ticam decem pedes habentem, quatuor
perticas in transverso, quadrageinta in lon-
go, arare, feminare, claudere, colligere,
& trahere, & recondere. Pratum arpen-
to uno claudere, fecare, colligere, & tra-
here. A tremisse unuquisque accola ad
duo modia fationis excolligere, feminare,
colligere, & recondere debeat. Et vineas

101 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 102
650. REGIS 2.

plantando claudere, fodere, propaginare, præcidere, vindemiare.

III. Reddant decimum fascem de ligno; de apibus decimum vas, pullos quatuor, ovā quindecim reddant.

IV. Parafredos donent, aut ipsi vadant ubi eis injunctum fuerit. Angarias cum carro faciane usque quinquaginta leugas, amplius non minentur.

V. Ad casas dominicas stabularē, fœnile, granicam, vel tuninum recuperando, pedituras rationabiles accipiant; & quando necesse fuerit, omnino componant. Calcefurnum ubi prop̄e fuerit, ligna aut petras quinquaginta homines faciant; ubi longe fuerit, centum homines debeant exire; & ad civitatem, vel ad villam, ubi necesse fuerit, ipsam calcem trahant.

VI. Servus autem Ecclesie secundūm possessionem suam reddit tributa. Opera verò tres dies in hebdomada in domino operetur, tres verò sibi faciat. Si verò dominus ejus dederit ei boves aut alias res quas haberet, tantum serviat quantum ei per possibiliterem impositum fuerit, tamen injustè neminem opprimat.

T I T V L V S I I.

De Ducibus & eorum causis quæ ad eos pertinent.

Cap. I. *Si quis de morte Duci consiliatus fuerit.*

I. **S**i quis contra Ducem suum, quem Rex ordinavit in provincia illa, aut populus sibi elegere Ducem, & de morte ejus consiliatus fuerit, & exinde probatus negare non potest, in Duci sit potestate homo ille & vita illius, & res ejus infilientur in publico.

II. Et hoc non sit per occasionem factum, sed probata res expeditat veritatem; nec sub uno teste, sed sub tribus testibus perfonis coequalibus sit probatum. Si autem unus fuerit testis, & ille alter negaverit, tunc Dei accipient judicium. Exeat in campo; & cui Deus dederit victoriam, illi credatur. Et hoc in praesentia populi fiat, ut per invidiam nullus pereat.

III. Ut nullus Bajuvarius alodem aut vitam sine capitali crimen perdatur, id est, si aut in necem Duci consiliatus fuerit, aut inimicos in provinciam invitaverit, aut civitatem capere ab extraneis machinaverit, & exinde probatus inventus fuerit, tunc in Duci sit potestate vita ipsius & omnes res ejus & patrimonium.

Tom. I.

IV. Cetera verò quæcunque commis-
rit peccata, quoisque habet substantiam,
componat secundūm legem.

V. Si verò non habet, ipse se in servitio
deprimat, & per singulos mensis vel annos quantum lucrare quiverit, perfolvat
cui deliquit, donec debitum universum
resstituat.

VI. *Si quis Ducem suum occiderit.*

Si quis Ducem suum occiderit, anima illius pro anima ejus sit, mortem quam in-
tulit recipiat, & res ejus insisterent in pu-
blico in sempiternum.

VII. *Si quis seditionem excitaverit contra
Ducem suum.*

I. Si quis seditionem excitaverit contra
Ducem suum, quod Bajuvarij carnum dicunt, per quem in primis fuerit levatum,
componat Duci sexcentos solidos.

II. Alij homines qui cum fecuti sunt illi
similes, & consilium cum ipso habuerunt,
unusquisque cum ducentis solidis componat.

III. Minores populi qui cum fecuti sunt,
& liberi sunt, cum quadraginta solidis
componant, ut tale scandalum non na-
scatur in provincia.

IV. *Si quis in exercitu scandalum excitaverit.*

I. Si quis in exercitu, quem Rex ordi-
navit vel Dux de provincia illa, scandalum
excitaverit infra proprium hostem, & ibi
homines mortui fuerint, componat in pu-
blico sexcentos solidos.

II. Et quisquis ibi aut percussiones aut
plagas aut homicidium fecerit, componat
sicut in lege habetur, unicuique secundūm
suam genealogiam.

III. Et ille homo qui hæc commisit,
benignum imputet Regem vel Ducem suum, si ei vitam concederint.

IV. De minoribus autem hominibus, si
in hoste scandalum commiserint, in Duci
sit potestate qualcum pœnam sustineant.

V. Et ille usus eradicandus est, ut non
fiat. Solet enim propter pabula equorum
vel propter ligna fieri scandalum, quando
aliqui defendere volunt casas vel scurias
ubi scenum vel granum inveniunt. Hoc
vetandum est ne fiat. Ut si quis invenerit
pabula vel ligna, tollat quantum vult, &
nemini veter tollenti, ut per hoc scanda-
lum non nascatur.

VI. Si quis hoc ausus fuerit facere, aut
contradicere aliquid quod lex vetat, ille
tunc, si inventus fuerit, coram Duce dis-
ciplinae hostili subjaceat, vel ante Comi-
ten suum quinquaginta gamactas, id est,

G ij

LXXXBA- quinquaginta percussiones accipiat.
IVARIO- V. Si quis infra provinciam, ubi Dux exer-
citorum ordinaverit, sine Ducijs iussione ali-
quid predaverit.

Lib. v. Ca-
pit. c. 341.
v. c. 32.

I. Si quis in exercitu infra provinciam
sine iussione Ducis sui per fortiam hosti-
lem aliquid depradare voluerit, aut feci-
num tollere aut granum, vel casas incen-
dere, hoc omnino testamu ne fiat, &
exinde curam habeat Comes in suo comi-
tatu. Ponat enim ordinationem suam su-
per Centuriones & Decanos, ut unusquisque
provideat suos quos regit, ut contra
legem non faciant.

II. Et si aliquis presumptuosus hoc fe-
cerit, à Comite illo sit requirendum cuius
homo hoc fecit.

III. Etiā ille Comes neglexerit inqui-
rere quis hoc fecit, ille omnia de suis re-
bus restituat; tamen tempus requirendi
habeat.

IV. Et si talis homo potens hoc fecerit
quem ille Comes dūtringere non potest,
tunc dicat Duci suo, & Dux illum distri-
ngat secundū legem.

V. Si liber est, quadraginta solidis sit
culpabilis, & omnia similia restitut.

VI. Siservus hoc fecerit, capitali subja-
ceat sententia. Dominus verò ejus omnia
similia restituat, quia servo suo non con-
testavit ut talia non faceret. Quia si vol-
met ipsos comeditis; citò deficiet.

VII. Comes tamen non neglegat cu-
stodie exercitum suum, ut non faciant
contra legem in provincia sua.

VIII. Si quis in exercitu aliquid furaverit.

IX. Si quis in exercitu aliquid furaverit,
pastoriam, capistrum, frenum, feltrum,
vel quacunque involaverit, & probatus
fuerit, si servus est, perdat manus suas;
dominus verò ejus ipsam rem, si habet, au-
similem reddat.

X. Si autem liber homo hoc fecerit,
cum quadraginta solidis redimat manus
suas, & quod tuit reddat.

XI. Si quis in utilitate Ducis vel domini
sui mortuus fuerit.

XII. Si quis homo in utilitatem domini sui
in exercitu, vel ubicunque dominus ejus
eum misericorditer, perrexerit, & ibi mortuus
fuerit, & querit opinionem facere domi-
no suo vel populo suo, heredes ejus nun-
quam sint dejecti de hereditate ejus, quam-
vis quacunque sint, sed Dux eos defen-
dat usque dum ipsi possint.

XIII. Tunc enim unusquisque non tardat
voluntatem domini sui facere quando spe-

rat se exinde munus accipere, si inde vivens
evaferit. Et si proper hoc mortuus fuerit,
credat quid filii ejus aut filiae possident
hereditatem ejus nullo inquietante, tunc
fidus & promptus impler iussionem.

XIV. Si quis Regis vel Daci sui iussione
hominem interficerit.

XV. Si quis hominem per iussionem Regis V. 367.
vel Duci sui, qui illam provinciam in po-
testate habet, occidit, non requiratur
ei, nec faidofus sit, qua jusio domini sui
fuit, & non potuit contradicere iussionem,
sed Dux defendat eum & filios ejus pro
eo.

XVI. Et si Dux ille mortuus fuerit, alias
Dux qui in loco ejus accedit, defendat
eum.

XVII. De Duce si protervus & elatus vel su-
perbus atque rebellis fuerit, & decretum
Regis contempserit.

XVIII. Si quis autem Dux de provincia illa,
quem Rex ordinaverit, tam audax aut
contumax, aut levitate stimulatus, seu
protervus & elatus, vel superbus atque re-
bellis fuerit, qui decretum Regis con-
tempserit, donatu dignitatis ipsius ducati
careat, etiam & insuper spem supernæ
contemplationis sciat se esse condemnata-
rum, & vim salutis amittat.

XIX. De filiis Ducum, si protervi fuerint.

XV. Si quis filius Duci tam superbus vel
stultus fuerit ut patrem suum dishonestare
voluerit per consilium malignorum, vel
per fortiam, & regnum ejus auferre ab eo,
dum adhuc pater ejus potest judicio con-
tendere, in exercitu ambulare, populum
judicare, equum viriliter ascendere, arma
sua vivaciter bajulare, non est surdus, nec
cæcus, in omnibus iussionem Regis potest
implere, sciat se ille filius contra legem fe-
cisse, & de hereditate patris sui se esse de-
jectum, & nihil amplius ad eum pertinere
de facultatibus patris sui, & hoc in po-
testate Regis vel patris sui erit ut exiliet
eum, si vult.

XVI. Nihil aliud habeat in potestatem nisi
quod per misericordiam Rex vel pater
ejus dare ei voluerint.

XVII. Et si supervixerit patrem suum, &
alios fratres habuerit, non dent ei portio-
nem, quia contra legem peccavit in pa-
trem suum.

XVIII. Et si solus de heredibus ejus
supervixerit patrem suum, in Regis erit
potestate; cui vult donet, aut illi, aut al-
teri.

105 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 106
REGIS 2.

X I. De eo qui scandalum in curte Ducis commisit.

I. Si quis curte Ducis scandalum commiserit, ut ibi pugna hat per superbiam suam, vel per ebrietatem, quicquid ibi factum fuerit, omnia secundum legem componat, & propter stultitiam suam in publico componat quadraginta solidos.

II. Si servus est alius qui haec commisit, manus perdat.

III. Nullus unquam presumat in curte Ducis scandalum committere.

X II. Ut nullus in campione sine iussu manus iniciat.

I. Si quis in curte Ducis, vel ubique pugnaverint campiones, manus ad levandum miserit antequam ille iussit cui commendatum est praevidere, si liber est, quadraginta solidos componat in publico. Si servus, manum suam ibi dextram perdat, aut dominus ejus redimat eam cum viginti solidis.

II. Vetanda est talis causa unde scandalum solet nasci.

X III. De his qui in curte Regis aliquid furaverint.

I. Si quis infra curtem Ducis aliquid involaverit, quia domus Ducis domus publica est, trimniungeldum componat, hoc est, ter novem donet liber homo. Servus vero niungeldo solvat, aut manus perdat.

II. Et si aliquid invenerit in curte Ducis quasi per neglegentiam jacere, & id tulerit, & super noctem celaverit, furtum reputetur, in publico quindecim solidos componat.

X IV. De his qui iussionem Ducis contempserint.

Si quis iussionem Ducis sui contempserit, vel signum quale visus fuerit Dux transmittere, aut anulum, aut sigillum, si neglexerit venire aut facere quod iussum est, quindecim solidos pro neglegentia donet in publico, & sic impletat iussionem.

X V. Ut placita fiant per Kalendas.

I. Ut placita fiant per Kalendas, aut post quindecim dies, si neceſſe est, ad caulas inquirendas, ut sit pax in provincia, & omnes liberi convenienti confitutis diebus ubi iudex ordinaverit, & nemo sit aufus contemnere venire ad placitum. Qui infra illum comitatum manent, five Regis vassii, five Ducis, omnes ad placitum veniant. Et qui neglexerit venire, damnetur quindecim solidis.

II. Comes vero secum habeat judicem, qui ibi constitutus est judicare, & librum

legis, ut semper rectum judicium judiceret de omni causa que componenda sunt.

III. Qui contra legem fecit, componat sicut lex habet, & donet vradium Comiti illo de fredo sic ut lex est.

X VI. Ut iudex partem suam accipiat.

Iudex vero partem suam accipiat de causa quam judicavit. De tribus solidis tremissim accipiat, de sex solidis duos tremissiles accipiat, de novem solidis unum solidum accipiat. De omni compositione semper nonam partem accipiat, dum rectum judicat.

X VII. Qualis iudex fieri debeat.

Iudex autem talis ordinetur qui veritatem secundum hoc edictum judicet. Non sit personarum acceptor, neque cupidus pecuniae. Perit lex cupiditatis amore. Praemia & dona legibus vires tulerunt. Impunita manet male vivendi licentia. Properea talis constitutatur iudex qui plus diligit justitiam quam pecuniam.

X VIII. Si iudex propter munera injuste judicaverit.

Iudex si accepta pecunia male judicaverit, ille qui injuste aliquid ab eo per sententiam judicantis abstulerit, ablata restituat. Nam iudex qui perperam judicaverit, in duplum ei cui damnum intulerit cogatur exfolvere, quia ferre sententiam contra legum nostrarum statuta presumpsit. & in fisco cogatur quadraginta solidos persolvere.

XIX. Si per ignorantiam male judicaverit.

Si vero nec per gratiam, nec per cupiditatem, sed per errorem injuste judicaverit, iudicium ipsius, in quo errasse cognoscitur, non habeat firmitatem; iudex non vocetur ad culpam.

X X. De Ducum genealogia, ut duplam honorem accipiant, & eorum compositione.

I. De genealogia qui vocantur Huosi, Throzza, Sagana, Hahilingua, Aennion, isti sunt quasi primi post Agilolfingos, qui sunt de genere ducali. Illis enim duplum honorem concedimus. Et sic duplam compositionem accipiant.

II. Agilolfingi vero usque ad Ducem in quadruplum componuntur, quia summi Principes sunt inter vos.

III. Dux vero qui praefit in populo, ille semper de genere Agilolfingorum fuit, & debet esse; quia sic Reges antecessores nostri concesserunt eis, ut qui de genere illorum fidelis Regi erat & prudens, ipsum constituent Ducem ad regendum populum illum.

G iij

LEX BA
IVYARLO
R.Y.M.

LEX BA-
IVARIO-
RYM.

I V. Et pro eo quia Dux est, addatur ei major honor quam ceteris parentibus ejus, sic ut tertia pars addatur super hoc quod parentes ejus componuntur. Si vita parentorum ejus auferitur, cum sexcentis quadraginta solidis componuntur. Dux vero cum nongentis sexaginta solidis componitur parentibus, aut Regi, si parentes non habuerit.

V. Et secundum hoc edictum alia compositio sequatur, qualiter parentes ejus componi solent. Itaque si Duci aliquid acciderit a coequalibus suis, sic eum componere debet. Vbi compositio parentum ejus est in quatuor solidis, Duci vero sex solidis. Vbi illorum in sex solidis, Duci vero in novem. Vbi vero illis dantur duodecim solidi, Duci autem octodecim. Sic semper addatur tertia pars supra in Duci causa usque in novissimum questionem qua folet inter homines contingere.

TITVLVS III.

De liberis, quomodo componantur.

I. Si quis liberum percuterit per iram.

Si quis liberum per iram percuterit, quod pulis lac vocant, unum solidum donet.

II. Si ei sanguinem fuderit, solidum unum & semis componat.

III. Si in eum contra legem manus injecrit, quod infans dicunt, tres solidos donet.

IV. Si in eo venam percuterit, ut sine igne sanguinem flagnare non possit, quod athargati dicunt, vel in capite testa appareat, quod gebulxini vocant, & si os fregerit, & pellem non fregerit, quod palpeprum dicunt, & si talis plaga ei fuerit quae tumens sit, si aliquid de ictu contigerit, cum sex solidis componat.

V. Si os tulerit de plaga de capite, vel de brachio supra cubitum, cum sex solidis componat.

VI. Si cervella in capite appareat, vel interiora membra plagiata fuerint, quod hreuvavunt dicunt, cum duodecim solidis componat.

VII. Si quis cum funibus ligaverit contra legem, duodecim solidos componat.

VIII. Si cum per vim implexaverit, & non ligaverit, quod hropanit dicunt, cum sex solidis componat.

IX. Si quis libero oculum eruerit, vel pedem tulerit, cum quadragesima solidis componat.

X. Et si talis plaga vel fractura fuerit ut exinde mancus sit, cum viginti solidis componat.

XI. Si quis alicuius pollicem absciderit, cum duodecim solidis componat.

XII. Et si proximum a pollice vel minimum absciderit, cum novem solidis componat, unum sic, & aliud sic.

XIII. Illos medianos duos digitos cum decem solidis componat, unum cum quinque solidis, & aliud cum quinque.

XIV. Et si non fuerint abscisi, & est mancus, & flat rectus ut non possit plicari, hoc impedimentum est ad arma bajulare, major est compositio quam de abscessu, tertiam partem super addat. Ad duodecim adde quatuor, fiunt sexdecim. Ad novem adde tria, fiunt duodecim. Ad quinque adde duo & tremisse, fiunt septem solidi & tremisse. Sic enim debes judicare, & sic componere.

XV. Si quis alicui brachium supra cubitum transpunxerit, cum sex solidis componat.

XVI. Si ante cubitum transpunxerit, cum tribus solidis componat.

XVII. Si quis alicui nasum transpunxerit, cum novem solidis componat.

XVIII. Si quis aurem transpunxerit, tres solidos componat.

XIX. Si quis aurem alicui absciderit, cum viginti solidis componat.

XX. Si cum sic plagaverit ut inde surdus fiat, cum quadragesima solidis componat.

XXI. Si aurem maculaverit ut exinde turpis appareat, quod lidscarti vocant, cum sex solidis componat.

XXII. Labium subterius similiter componat, & palpebram subteriore simili modo. Si sic plagaverit ut lacrymam continere non possit, vel subterius labium salvavim non continet, tunc cum sex solidis componat.

XXIII. Superiorum vero palpebram vel superioris labium si maculaverit, cum tribus solidis componat.

XXIV. Si quis alicui dentem maxillarem, quem marchzant vocant, excusserit, cum duodecim solidis componat.

XXV. Alios vero dentes si excusserit, unumquemque cum sex solidis componat.

II. De ictu projectis.

Si quis alium de ictu projecto vel de ponte in aquam impinxerit, quod Bajuvarj inunvant dicunt, cum duodecim solidis componat.

III. *De ab equo projectis.*

Si quis aliquem de equo suo depositus, quod marachfalli vocant, solidos sex componat.

IV. *De scalis projectis.*

Et si alicui scalam injuste ejecerit, vel quocunque genus ascensionis, & ille de super fuerit relietus, quod inunvvan dicunt, cum duodecim solidis componat.

V. *De ignem projectis.*

Similiter qui in ignem impinxerit, ita ut flamma super caput emineat, cum duodecim solidis componat.

VI. *De sagitta toxicata.*

Si quis cum toxicata sagitta alicui sanquinem fuderit, cum duodecim solidis componat, eò quod inunvvan est.

VII. *De potionis mortifera.*

Similiter qui potionem hujusmodi donaverit alicui in quo mortiferum esse dinoscitur, quamvis parvum sit, aut multum, si evaferit, cum duodecim solidis componat.

VIII. *De hostiliter cinctis.*

I. Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod herireita dicunt, id est, cum quadraginta duobus clypeis, & sagittam in cursum procererit, aut quocunque telorum genus, cum quadraginta solidis componat. Duci vero nihilominus.

II. Si autem minus fuerint scuta, ve runtamen ita per vim injuste cinxerit, quod heimzuh vocant, cum duodecim solidis componat.

X. *De invitio pro pignore obtentis.*

Si quis liberum contra legem per vim pro pignore tenuerit, aut in domo recluserit hujusmodi ut liberum non habeat egresum, cum quadraginta solidis componat.

X. *De porcis dispersis.*

Si quis liberi porcos propter presumptionem ejulati aut hujusmodi sono ejecient vel disperferit, ubi septuaginta fuerint porci, & ipse pastor buccinam portaverit porcilem, cum duodecim solidis componat.

XI. *De simulatis. quod evanctodal dicunt.*

Si quis liber à facie inimicorum suorum fugerit, & alius eum per vim constare fecerit, aut se contra illum paraverit, interdum inimici illius conjungerint, & interfecerint, & iste nihil amplius commiserit, nec ipse tergerit, quod evanctodal dicunt, cum duodecim solidis componat parentibus suis.

XII. *De plaga claudicationis.*

Si quis aliquem plagaverit ut exinde claudus fiat, sic ut pes eius ros tangat, quod taudregil vocant, cum duodecim solidis componat.

LXX BA
IVVARIO-
R.V.M.

XIII. *De interfectione liberi hominis.*

I. Si quis liberum hominem occiderit, solvat parentibus suis, si habet. Si autem non habet, solvat Duci, vel cui commendatus fuit dum vixit, bis octuaginta solidos, id sunt centum sexaginta.

II. De feminis verò eorum si aliquid de ipsis actis contigerit, omnia dupliciter componantur. Et quia femina cum armis se defendere nequiverit, duplicitem compositionem accipiat.

III. Si autem pugnare voluerit per audaciam cordis sui, sicut vir, non erit duplex compositionis ejus, sed sicut fratres ejus, ita & ipsa recipiat.

XIV. *De peregrinis transiuntibus viam.*

I. Nemo enim ausus sit inquietare vel v. 364.
nocere peregrinum, quia alij propter Deum, alij propter necessitatem discurrunt, tamen una pax omnibus necessaria est.

II. Si autem aliquis tam presumptuus fuerit ut peregrinum nocere voluerit, & fecerit, aut delipaverit, vel laeserit, vel plagaverit, aut ipsum ligaverit, vel vidererit, aut occidens, & exinde probatus fuerit, centum sexaginta solidos in fibro cogatur exfolvere; & peregrino, si vivente reliquit, omnia injuria quod fecit ei, vel quod tulit, dupliciter componat sicut folet unus de infra provincia componere.

III. Si autem eum occiderit, centum solidos auro adpreciosatos cogatur exfolvere. Si parentes defunt, siccus accipiat, & pro dilecto hoc pauperibus tribuat, ut possit is Dominum propitium habere, qui dicitur: *Peregrinam & advenam non contrista-Exod. 22. bis de suis rebus.*

IV. Si Dux illi concesserit aliquid habere, componat octuaginta solidos.

XV. *Si servus liberum furaverit.*

I. Si vero servus liberum furaverit & vendiderit, dominus ejus ligatum præfenteret coram judge. In Duci potestate sit disciplina ejus; aut manus perdat, aut oculos. Sine signo nunquam evadat, quamvis delitosus sit apud dominum suum.

II. Et si dominus ejus hoc iussit, aut consentiens fuit, superiori sententiae subjaceat ipse, & illum servum perdat.

LEX BA-
TIVARIO-
NYM.

TITVLVS IV.

*De liberis qui permanum dimissi sunt liberi,
quomodo componantur.***I.** Si quis eum percussit, quod pulsilac vocant, cum dimidio solidi componat.**II.** Si ei sanguinem perfuderit, cum novem faigis & semis componat.**III.** Si in eum contra legem manus injecrit, quod infanc dicunt, vel si eum plagaverit, ut propter hoc medicum inquirat, vel sic ut in capite testa appareat, vel vena percussa fuerit, cum solidi & semis componat.**IV.** Si in eum talem plagam fecerit ut exinde os tollatur de capite vel de brachio supra, cum tribus solidis componat.**V.** Si quis cum percussit ut cervella ejus appareat, vel interiora membra vulneraverit, quod hreuvavunt dicunt, vel eum ligaverit contra legem, cum sex solidis componat.**VI.** Si quis ei oculum vel manum vel pedem excusserit, cum decem solidis componat.**VII.** Si quis alicui pollicem abscederit, cum sex solidis componat.**VIII.** Proximum à pollice & minimum digitum cum solidi uno & semis componat.**IX.** Et medianos duos cum solidi componat.**X.** Si quis eum plagaverit ut exinde claudus permaneat, sic ut pes ejus rotangat, cum sex solidis componat.**XI.** Si eum occiderit, componat eum domino suo cum quadraginta solidis.

TITVLVS V.

*De servis, quomodo componantur.***I.** Si quis servum alienum per iram percussit, cum tremisse componat.**II.** Si sanguinem fuderit, medium solidum donet.**III.** Si in eo contra legem infanc fecerit, vel in capite plagam, ut testa appareat, vel vena percussa, vel plaga tumens fuerit, cum uno solidi componat.**IV.** Si in eo talem plagam fecerit ut exinde fracturas ossium tollat cum solidi & semis componat.**V.** Si eum plagaverit ut cervella appearat, vel interiora membra vulneraverit, quod hreuvavunt vocant, & si eum tan-

tum cæderit & turnaverit usque dum eum semiivum relinquat, hoc cum quatuor solidis componat.

VI. Si ei oculum vel manum vel pedem abscederit, cum sex solidis componat.**VII.** Si ei pollicem abscederit, cum quatuor solidis componat.**VIII.** Et proximum à pollice & minimum cum duobus solidis componat.**IX.** Et medianos cum uno solidi & semis componat.**X.** Si ei nafum transpunxerit, cum duobus solidis & semis componat.**XI.** Si labia subteriora maculaverit, vel aurem vel palpebram subteriore maculaverit, cum solidi & semis componat.**XII.** Superiores verò cum uno solidi componat.**XIII.** Si ei dentem maxillarem excusserit, quem marchiant vocant, cum tribus solidis componat.**XIV.** Alios verò cum solidi & semis componat.**XV.** Si aurem ejus abscederit, cum solidi & semis componat.**XVI.** Si autrem ejus transpunxerit, cum uno solidi componat.**XVII.** Si eum furdaverit, vel sic eum plagaverit ut claudus permaneat, quod taudregil vocant, & si in aquam impinxerit de ripa vel de ponte, in ihs causis semper quatuor solidos componat.**XVIII.** Si eum occiderit, solvat eum domino suo cum viginti solidis.

TITVLVS VI.

*De nuptiis & operationibus inlicitis prohibendis.***I.** *De nuptiis incestis prohibendis.***N**uptias prohibemus incestas. Itaque uxorem habere non licet socrum, nurum, privignam, novercam, filiam fratris, filiam fororis, fratri uxorem, uxoris fororem. Filii fratrum, filii fororum inter se nulla presumptione jungantur.**II.** Si quis contra hæc fecerit, à loci judicibus separetur, & omnes facultates amittat, quas fiscus adquirat.**III.** Si minores personæ sunt quæ se inlicita conjugatione polluerunt, careant libertate, servis fiscalibus adgreditur.**II.** *De diebus dominicis.***I.** Si quis die dominico operam ferventem fecerit liber homo, id est, si boves junxit,

v. 346.

xerit, & cum carro ambulaverit, dextrum bovem perdat.

II. Si autem sepem clauserit, fenum secaverit, aut melsem secaverit vel colegerit, vel aliquod opus servile fecerit die dominico, corripatur semel vel bis. Et si non emendaverit, rumpatur dorsus ejus quinquaginta percussionibus. Et si iterum praeiumpferit operare die dominico, auferratur de rebus ejus tertia pars. Et si nec sic effaverit, tunc perdat libertatem suam, & si servus qui noluit in die sancto esse liber.

III. Servus autem pro tali criminis va-
puletur. Et si non emendaverit, manum dextram perdat. Quia talis causa vetanda est qua Deum ad iracundiam provocat, & exinde flagellamur in frugibus, & penitentiam patimur.

IV. Et hoc vetandum est in die domi-
nico, ut quamvis in itinere positus cum
carro, vel cum nave, pauset die domini-
co usque in secundam feriam.

V. Et si noluerit custodire praeceptum
Levit. 23. Numer.
23. Domini, quia Dominus dixit: *Nudam
opne servile facias in die sancto, neque tu,
neque servus tuus, neque ancilla tua, neque
bos tuus, neque asinus tuus, neque ullus fab-
jelorum tuorum.* Et qui hoc in itinere vel
ubincumque obseruare neglexerit, cum duo-
decim solidis condemnetur.

VI. Ut liberum sine mortali criminis
liceat infervire.

VII. Ut nullum liberum sine mortali cri-
mine liceat infervire, nec de hereditate sua
expellere: sed liberi qui iustis legibus de-
serviunt, sine impedimento hereditates
suis possideant. Quamvis pauper sit, ta-
men libertatem suam non perdat, nec he-
reditatem suam. Nisi ex spontanea volun-
tate alicui tradere voluerit, hoc potesta-
tem habeat faciendi.

VIII. Qui contra hoc praeceptum fecerit,
five Dux, five judex, five aliqua persona,
agnoscat le contra legem fecisse, quadra-
ginta solidis fit culpabilis in publico, & li-
berum quem servitus oppresserit, vel he-
reditatem tulerit, ad pristinam libertatem
restituar, & res ejus reddat, quas injuste
abstulit, & alias similes restituar, & cum
quadraginta solidis componat illi homini
quem contra legem infervivit.



Tom. I.

TITVLVS VII.

De uxoribus & causis que saepe
contingunt.

I. Si cum uxore alterius quis concubuerit.

I. **S**i quis cum uxore alterius concu-
buerit libera, componat hoc ma-
rito ejus cum suo vveregildo, id est, cen-
tum sexaginta solidos.

II. Et si in lecto cum illa interfec-
tus fuerit, pro ipsa compositione quam debuit
solvere marito ejus, in suo scelere jaccat
fine vindicta.

III. Et si in lecto calcaverit uno pede,
& prohibetur a muliere, & amplius nihil
fecerit, cum duodecim solidis componat,
et quod in justis in extraneum calcavit
thorum.

IV. De servis qui hoc commiserint.

I. Si servus hoc fecerit, & interfec-
tus cum libera in extraneo fuerit thoro, vi-
ginti solidis in suo damno minuetur ipsius
conjugis vveregildus.

II. Cetera vero que remanent domi-
nus ejus cogatur solvere, usque dum reple-
tus fuerit numerus sceleris compositionis.

III. Et si ille servus evaserit, & inter-
fecitus non fuerit, sed tamen crimen devi-
ctus, dominus ejus reddat eum illi cuius
uxorem maculavit, pro viginti solidis.

IV. Cetera vero omnia perimpreat,
pro eo quod servo suo disciplinam minimè
imposuit.

V. Si propter libidinem manum injecerit.

Si quis propter libidinem libera manum
injecerit, aut virginem seu uxori alterius,
quod Bajuvarij horcrift vocant, cum sex
solidis componat.

VI. Si indumenta supra genucula elevaverit.

Si indumenta super genucula eleva-
rit, quod himilzorum vocant, cum duo-
decim solidis componat.

VII. De discriminib[us] rejetis.

Si autem discriminalia ejecerit de capite,
quod vvalvrlt dicunt, vel virginis li-
bidinosè crines de capite extraxerit, cum
duodecim solidis componat.

VIII. De rapin virginum.

Si quis virginem rapuerit contra ipsius
voluntatem & parentum ejus, cum qua-
draginta solidis componat, & alios qua-
draginta cogatur in hisco.

VII. Si quis viduam rapuerit.

Si autem viduam rapuerit, que coacta
ex teste egreditur propter orphanorum &
propriæ penuria rebus, cum octuaginta

LEX BA-
IVVARIO-
RVM.

H

LEX BA-
IVARIO-
RVM.
solidis componat, & sexaginta cogatur in
fisco: quia vetanda est talis presumptio, &
eius defensio in Deo & in Duce atque in
judicibus debet consistere.

VIII. *De fornicatione cum libera.*

Si quis cum libera cum consenuit ipsius
fornicaverit, & nolit eam in conjugium
sociare, cum duodecim solidis componat:
quia nondum sponsata, nec a parentibus
sociata, sed in sua libidine maculata.

IX. *Si servus cum libera fornicaverit.*

Si servus cum libera fornicaverit, & hoc
reperitur fuerit, ille cuius servus est reddat
illum parentibus ejus ad pecuniam quam
meruit luendam, vel ad interficiendum,
& amplius nihil cogatur exfolvere: quia
talis presumptio excitat inimicitias in po-
pulo.

X. *Si cum libera manumissa fornicaverit.*

Si cum manumissa, quam Frilazij vo-
cant, & maritum habet, concubuerit,
cum quadraginta solidis componat paren-
tibus suis, vel domino vel marito ejus.

XI. *Si cum virginie que per manum libera
missa est.*

Si quis cum virginie que dimissa est libe-
ra concubuerit, cum octo solidis compo-
nat parentibus vel domino.

XII. *Si cum ancilla alterius.*

Si quis cum ancilla alterius maritata
concubuerit, cum viginti solidis compo-
nat parentibus vel domino.

XIII. *Si cum ancilla virgine.*

Si quis cum ancilla virgine concubuerit,
cum quatuor solidis componat.

XIV. *Si uxorem propriam propter invidiam
dimiserit.*

I. Si quis liber liberam uxorem suam
sine aliquo vito per invidiam dimiserit,
cum quadraginta & octo solidis componat
parentibus.

II. Mulieri autem dorem suam secun-
dum genealogiam suam solvat legitimè. Et
quicquid illa de rebus parentum ibi addu-
xit, omnia reddantur mulieri illi.

XV. *Si sponsatam non acceperit.*

Si quis liber, postquam sponsaverit ali-
cujus filiam liberam legitimè, sicut lex est,
& eam dimiserit, & contra legem aliam
duxerit, cum viginti quatuor solidis com-
ponat parentibus, & cum duodecim fa-
cialibus juret de suo genere nomi-
natis ut non per invidiam parentum ejus
nec per ullum crimen eam dimisisset, sed
propter amorem alterius alteram duxerit,
& sit finitus inter illos, & postea filiam
suam donet cui vult.

XVI. *Si alterius sponsam rapuerit.*

Si quis sponsam alicuius rapuerit, vel
per suasionem sibi eam duxerit uxorem, ip-
sam reddat, & componat bis octuaginta
solidos, hoc est, centum sexaginta.

XVII. *Si promissione feminam fraudaverit.*

Si qui liberam feminam fuerit quasi
ad conjugem, & in via eam dimiserit, quod
Bajuarij vvancluga vocant, cum duode-
cim solidis componat.

XVIII. *De avoro per potionem facto.*

Si qua mulier alij potionem dederit ut
avorsum faceret, si ancilla est, ducenta
flagella suscipiat, & si ingenua, careat li-
bertate, servitio deputanda cui Dux juf-
serit.

XIX. *Maria de avoro.*

I. Si quis mulieri iētu quolibet avorum
fecerit, si mulier mortua fuerit, tamquam
homocida teneatur.

II. Si autem tantum partus extingui-
tur, & si adhuc partus vivus non fuerit,
vixi solidos componat.

III. Si autem vivens fuit, vveregildum
perfolvat quinquaginta & tribus solidis &
tremisse.

IV. Si avorum fecerit, in primis duo-
decim solidos cogatur exfolvere; deinde
ipse & posteri sui per singulos annos, id
est, autumnos, singulos solidos solvant ul-
que in septimam propinquitatem de patre
in filios.

V. Et si neglectum unius anni fecerint,
tunc iterum duodecim solidos solvere co-
ngantur, & deinceps ordine praefato, do-
nec series rationabilis impletatur.

XX. *De diurna compositione dolore
parentum.*

Propterea diurnam judicaverunt an-
tecessores nostri compositionem & judi-
ces, postquam religio Christianitatis ino-
levit in mundo. Quia diurnam, post-
quam incarnationem suscepit anima,
quamvis ad nativitatis lucem minimè per-
venisset, patitur pecuniam, quia sine sacra-
mento regenerationis abortivo modo tra-
data est ad inferos.

XXI. *De debilitate avori.*

I. Si vero ancilla à quacunque persona
debilitata fuerit ut avorum faceret, si ad-
huc vivus non fuit, cum quatuor solidos
componat.

II. Si autem jam vivus, decem solidos
componat. Ancillæ domino reformatur.

TITVLVS VIII.

De furto.

I. Si liber fursum fecerit.

Si quis liber aliquid furaverit, qualem cunque rem, niungeldo componat, hoc est, novem capitalia restituatur.

II. Si quis in publico furaverit.

I. Et si in Ecclesia, vel infra curtem Ducis, vel in fabrica, vel in molino aliquid furaverit, ter niungeldum componat, hoc est, ter novem reddat: quia istae quatuor domus casar publicæ sunt, & semper patentes.

II. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniae juret.

III. Si unam saigam, id est, tres denarios, furaverit, solus juret secundum legem nostrarum.

IV. Si duas saigas, hoc est, sex denarios vel amplius usque ad unum solidum, quod sunt tres tremisses, cum sacramentali uno juret.

V. Et si amplius quam solidum sive tres denarios vel plus usque ad quinque solidos furaverit, cum sacramentalibus sex juret.

VI. Si bovem dominum vel vaccam mulsam, id est, lactantem, furaverit, cum sex sacramentalibus juret, vel duo championes pugnant, & sortiant de illis cui Deus fortiam dederit.

VII. Si majorē pecuniam furaverit.

Et si majorē pecuniam furaverit, hoc est, duodecim solidos valentem vel amplius, aut equum totidem pretij, vel mancipium, & negare voluerit, cum duodecim sacramentalibus juret de lite sua, vel duo championes propter hoc pugnant.

VIII. Si liberum hominem furaverit.

I. Si quis liber hominem furaverit & videriter, & exinde probatus fuerit, reducat eum, & libertati restituant, & cum octuaginta solidis componat eum; in publico vero quadraginta solidos solvantibus, & amplius non requiratur.

IX. Si fur nocturno tempore captus in furto.

Fur nocturno tempore caprus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidij querela nascatur.

Tom. I.

Llib. v. Ca-
pitul. c.
343.

VI. Si alienum servum in furturnus fuerit.

Si quis alienum servum ad furturnus fuaserit aut aliiquid damnum in fraudem domini sui, ut possit accusare eum, & fraus ipsa fuerit detecta per investigationem judicis, dominus nec servum perdat, nec aliiquid damni pro compositione patiatur;

sed ille cuius conludione crimen admisum est, tanquam fur damnetur, in novicium compositionem cogatur exsolve. Servus vero quod tulit redditus, & insuper ducentos iecus flagellarum extensus publicè accipiat.

VII. Si neficiens de fure aliquid comparaverit.

I. Si quis de fure neficiens comparavit, v. 344. requirat accepto spatio venditorem,

II. Quem si non potuerit invenire, probet se cum sacramento & testibus innocentem, & quod apud eum cognoscitur, ex medietate restituant, & furem querere non desistat.

III. Quod si furem celare voluerit perjurans, & postea detectus inventus fuerit, tamquam ille fur, ita in crimen damnetur.

VIII. De furto in auro vel aliis speciebus.

Si quis aurum, argentum, jumenta, vel pecora, aut quascunque res usque ad solidos decem vel amplius furaverit, & exinde probatus fuerit, tunc fur comprehendens judici tradatur, & secundum legem vindictæ subjaceat, aut ei qui perdidit in simulo componat. Veruntamen non prius damnetur ad mortem quam vel simulum de facultatibus furis componatur.

IX. Si quis occulte alienum animal interficerit.

Si quis occulte in nocte vel in die alienum caballum aut bovem aut aliiquid animal occiderit, & negaverit, & postea exinde probatus fuerit, tamquam furtivum componat.

X. Si casu occiderit alienum animal.

Si quis autem non volens casu faciente occiderit alienum animal, & non negaverit, consimile dare non tardet, & caderet mortuum accipiat.

XI. De tintinnabulo.

I. Si quis tintinnabulum furaverit de callo vel de bove, cum uno solidi componat.

II. Si de vacca, cum duobus tremissibus componat.

III. Si de minutis pecoribus, cum tremissibus componat.

XII. De horio.

I. Si quis in hortum furtivè alicujus intraverit, cum tribus solidis componat, &

H ij

LEX BA
IVARIO
V. M.

quicquid ibi tulit, secundum legem furti-
vum componat.

I. Ita & de pomariis lex servanda est.

XIII. De furtivo re comparata.

V. 347. I. Ut nullus presumat furtivam rem
comparare infra provinciam. Quod com-
pareare voluerit, prius inquirat si furtivum
est an non.

II. Si furtivum præsumperit emere,
& exinde probatus fuerit, & scienter hoc
fecit, tunc similem rem donet illi cuius pe-
cuniam comparavit. Et in fisco pro fredo
duodecim solidis sit culpabilis.

XIV. De custodia furtive rei.

V. 348. I. Similiter ille qui de manu furiis furti-
vam rem ad custodiendum accepit, quasi
consentiens furi, ita componat sicut super-
iùs diximus.

II. Aut cum uno sacramentali juret
quod necivit furtivum quando comparavit, vel quando commendatum suscepit.

III. Una lex erit utrisque, qui emit
furtivum, aut qui commendatum suscepit.

IV. Si autem ille qui furtivam rem
commendatam suscepit, & quarente domino negaverit, ille fur est; sicut ille qui
furavit, ita componat sicut lex haberet.

XV. De compositione à latrone accepta.

I. Ut nemo de probato furto composi-
tionem à latrone ausus sit accipere, nisi
ante judicem suum judicetur.

II. Si autem præsumperit hoc facere,
& celaverit judici suo, tunc latronis cul-
pa subjacebit.

XVI. Ut sacramenta non citò fiant.

V. 349. I. Ut sacramenta non citò fiant. Iudex
causam suam bene cognoscat, & prius ve-
racter inquirat, ut cum veritas latere non
possit. Nec facile ad sacramenta veniatur.

II. Hoc autem volumus inter Bajuva-
rios in perpetuum custodiri, ut causa in-
vestigata, & veraciter inventa, apud judi-
cium sit judicata. Nulli liceat perjurare;
sed sicut judicatum est, cogatur exfolvere.

III. In his vero causis sacramenta pre-
stentur in quibus nullam probationem dis-
cussio judicantis invenerit.

XVII. De falsa suggestione.

V. 350. I. Si quis contra caput alterius falsa sug-
gesserit, vel pro quoacunque invidia de in-
justa accusatione commoverit, ipse pa-
nam vel damnum quod alteri intulit ex-
cipiat.

II. Neminem dannos antequam inqui-
ras veritatem. Scriptum est: *Omnia pro-
batte. quod bonum est tenete.*

XVIII. De accusatione servi alterius.

I. Si quis servum alienum injuste accu-
saverit, & innocens tormenta pertulerit,
pro eo quod innocentem in tormenta tra-
didit, domino simile mancipium reddere
non moretur.

II. Si vero innocens in tormento mor-
tus fuerit, duos servos ejusdem meriti
fine dilatatio restituat.

III. Si non habuerit servum aut unde
componat, ipse subjaceat servituti qui in-
nocentem fecit occidi.

TITULUS IX.

De incendio domorum & carum
compositione.

1. De immissione ignis per noctem.

I. S i quis super aliquem in nocte ig-
nem impoferit, & incenderit li-
beri vel servi domum, in primis secundum
qualitatem personæ omnia ædificia com-
ponat atque restituat, & quicquid ibi ar-
ferit restituat unaquæque suppelæctilia.

II. Et quanti liberi nudi de ipso incen-
dio evaserint, unumquemque cum sua
hreuvavunti componat.

III. De feminis vero dupliciter.

I V. Et tunc domus culmen cum qua-
draginta solidis componat.

II. De scuria liberi.

I. De scuria vero liberi, si conclusa pa-
rietibus & pessulis cum clave munita fue-
rit, cum duodecim solidis culmen com-
ponat.

II. Si autem septa non fuerit, sed talis
quod Bajuariorum scot dicunt, abfque parie-
tibus, cum sex solidis componat.

III. De illo granario, quod parch ap-
pellant, cum tribus solidis componat.

IV. De mita vero, si illam deterget
vel incenderit, cum tribus solidis com-
ponat.

V. De minore vero, quod scopar ap-
pellant, cum solido uno componat, &
univerfa comparilia restituat.

III. De culminum ejectione minorum
ædificiorum.

Si quis desertaverit, aut culmen eje-
xit, quod sepe contingit, aut incendio tra-
diderit uniuscujusque, quod firstralli di-
cunt, que per se confracta sunt, id est,
balnearium, pistoriam, coquinam, vel ce-
tera hujusmodi, cum tribus solidis compo-
nat. & restituat dissipata vel incensa.

I V. De igne immisso & extinto.

I. Si autem ignem poluerit in domo, ita

^{1.} Theſſal. ^{2.} Thesſal.

ut flamma eructuet, & non perarserit, & à familiis liberata fuerit, unumquemque de liberis cum sua hrevaavvnti componat, eò quòd illos, inunvvan quod dicunt, in desperationem vita fecerit.

II. Et non componat amplius nisi tantum quantum ignis consumplserit.

III. Ducalis verò disciplina integra permaneat.

IV. Et si negare voluerit de istis, cum campione se defendat, aut cum duodecim sacramentalibus juret.

V. De fervorium verò firstfalli uniufiisque, ut manum recisam componat.

V. *De dissipazione domus.*

Modò quia de domorum incensione sermo perfinitur, censemus incongruum non esse ut de dissipazione domus ædificiorumque compositione edisseramus.

VI. *De culmine.*

I. Si quis relieti vel qualibet causæ præsumptione vel iniurictia necnon & incuria aut certè hebetatione liberi culmen ejecerit, domino domus quadraginta solidos componat.

II. Si eam columnam à qua culmen sustentatur, quam firstful vocant, cum duodecim solidis componat.

III. Si interioris ædificij illam columnam ejecerit quam vvinchis ful vocant, sex solidos componat.

IV. Ceteræ verò hujus ordinis compontur cum tribus solidis.

V. Exterioris verò ordinis columnam angularem cum tribus solidis componat.

VI. Illas alias columnas hujus ordinis singulas cum singulis solidis componat.

VII. *De trabibus.*

Trabes verò singuli cum tribus solidis componantur.

VIII. *De spangis quo parietes continent.*

Exteriores vero, quas spangas vocamus, eò quòd ordinem continent parietum, cum tribus solidis componat.

IX. *De ceteris ædificij sumptibus.*

I. Cetera verò, id est, affères, laterculi, axes, vel quicquid in ædificio construir, singula cum singulis componantur.

II. Et si una persona hac omnia commiserit in alterius ædificio, amplius non cogatur solvere quam culminis dejectio- nem, vel ea quæ majora hujus commis- rent criminis. minora hujus personæ non sequuntur, nisi tantum restituendi secundum legem.

X. *De curtis dissipazione.*

Si curtem dissipaverit aut intruperit liber liberi, cum tribus solidis componat, & restituat damnum.

LEX BAN-
IVVARIO-
RYM.

XI. *De sepe rupta.*

I. Si illam sepe eruperit vel dissipaverit quam ezzisezun vocant, cum uno folio componat & restitutione,

II. Superiorē verò virgam, quam etarchartea vocamus, quæ sepi contineat firmitatem, si eam injustè reciderit, simili modo cum solidō componat, eò quòd minimè tunc sepi vitata animalis fūner impetum.

XII. *De signis ob defensionem positis.*

Qui autem signum quod propter defensionem ponitur, aut injustum iter excluendū, vel pacendum, vel campum defendendum, vel applicandum secundū morem antiquum, quod signum vīssam vocamus, abstulerit vel injustè reciderit, cum uno solidō componat.

XIII. *De via publica.*

Si quis viam publicam, ubi Dux egreditur, vel viam æqualem alicuius clauerit

v. 353.

contra legem, cum duodecim solidis componat, & illam sepe tollat. Et si negare voluerit, cum duodecim sacramentalibus juret.

XIV. *De via convinciali.*

De via convinciali vel paftorali, qui v. 354. eam alicui contra legem clauerit, cum sex solidis componat & aperiat, vel cum sex sacramentalibus juret.

XV. *De semita.*

De semita convinciali, si quis eam clauerit, ibidem, cum tribus solidis componat, aut cum uno sacramentali juret.

XVI. *De fonte.*

I. Si fontem quacunque immunditia v. 355. coinquinaverit vel maculaverit, emundet eum prius, ut nulla sit suspicio coinquinationis, & cum sex solidis componat.

II. Si autem plurimorum in vicinio putes fuerit, compositione inter se mul- tentur.

III. Ille verò puteum in pristinum restituat gradum.

T I T V L V S X.

De violentia.

I. *De curte.*

S I quis in curtem alterius per vim con- tra legem intraverit, cum tribus solidis componat.

H iii

II. De domo.

I. Si autem in domum per violentiam intraverit, & ibi suum nihil invenerit, cum sex solidis componat.

II. Nemo enim ingredietur alienam domum per violentiam; quia hoc scandalum generat.

III. Et postquam intraverit, & se cognoverit reum, injuste quod intraerit, det vviadum domino-domus. Et si ille defuerit, mittat ipsum vviadum supra liminare, & non cogatur amplius solvere quam tres solidos.

TITVLVS XI.

De terminis ruptis.

I. De limitibus.

I. **S**i quis limites complantaverit, aut terminos fixos fuerint aucti eveltere, si ingenuos est, per singula signa vel notas vicinas sex solidos componat.

II. Si servus est, per singula signa vel notas vicina flagella fuscipiat.

II. De limitibus casu motis.

Si quis dum arat, vel plantat vineam, terminos casu non voluntate evellerit, vicinis presentibus restituat terminum, & nullum damnum patiatur.

III. De contentione terminorum.

I. Quoniamcumque de terminis fuerit contra contentio, signa que antiquitus constituta sunt oportet inquirere, id est, agerem terrae, quem propter fines fundorum antiquitus apparuerit fusse ingelatum, lapides etiam quos propter indicium terminorum notis evidenter sculptos vel confiterit esse difixos.

II. Si haec signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas decoras vocant, convenient observare, sed illas que antiquitus probabant incisa.

III. Quod si intra terminos alienos per absentiam aut per ignorantiam domini partem aliquam forte possederit, statim eam, cum antiqui & evidentes ab inspectioribus fines agnoscentur, amittat dominus reformatam, nec contra signa evidencia ullum longae possessionis tempus opponat.

IV. Nisi si comparavit ab aliquo, tunc venditorem ostendat, & secundum legem definiant.

IV. De novo termino prohibendo.

I. Nemo novum terminum sine consensu partis alterius aut sine inspectore constituant.

II. Quod si forte liber hoc fecerit, damnum pervasionis excipiatur, quod legibus continetur, id est, sex solidos.

III. Si verò servus hoc admiserit domino nefiente, ducenta flagella publicè extensus accipiat; & nullum ex hoc praecipuum domino comparetur.

V. De signis non evidenteribus.

Quotiens de commarchanis contentio nascitur, ubi evidenter signa non apparent in arboribus aut in montibus nec in fluminibus, & iste dicit, *Hucusque antecessores mei tenerunt, & in alodem mihi regigerunt, & ostendit secundum proprium arbitrium locum; alter vero nihilominus in istius partem ingreditur, alium ostendit locum, secundum prioris verba suum & suorum antecessorum semper finisse usque in praetens afferit. Et si alia probatio nusquam inventari dinoscitur, nec utriusque invacionem compensare voluerint, tunc spondeant invicem vvehadine quod dicimus, & in campiones non fortiantur, sed cui Deus fortiorum dederit & victoriam, ad ipsius partem designata pars, ut quae sit, pertineat.*

VI. De jacentibus columnis.

I. Si quis, priusquam finita fuerit contentio, per fortiam edificia elevare voluerit, & è contrario ille alter jacentibus columnis contradixerit, & inde testem habuerit, & is propter contumaciam legi obtemperare noluerit, sed suam perfecerit domum, & cetera aedificia sepius conclusione firmaverit, tunc dicat, *Emunda territorium meum usque ad legis perfinitionem, & ille è contrario in suum dicit posuisse & emundare minime debere, iste vero dicit, Ego testem habeo quod tibi jacentibus columnis contradixi, tunc testes jurantes testimoniū praeferant, & cum campionibus determinetur sententia.*

II. In ceteris hujusmodi aedificiis & horum conclusionibus nullatenus testificatio consistat; sed is qui aedificavit, cum sua lege defendat. Si autem curtis adhuc cinctus non fuerit, illi qui defendere voluerit, jaet securem saiga valentem contra meridiem, orientem, atque occidentem: à septentrione vero ut umbra pertingit, amplius non ponat sepiem nisi determinata fuerit contentio.

VII. De materiis non elevatis.

I. Si aliquis alicuius materiam in silva aut propter inimicitias vel invidiam truncaverit, vel laeserit, cum alio simili restituant, & cum solido uno componat.

II. Et si ea sibi in usum miseric, nisi per convenientiam non potest, debet ei in mallo placare ad restituendum, & cum solidio, dum ipsam habet, componat.

TITVLVS XII.

De pignoribus.

I. Ut nemini liceat pignorare.

I. P Ignorare nemini liceat nisi per iussionem judicis.

II. Si forte est aliquis homo tam durus vel inobediens aut contumax, rebellis iustitiae, qui non vult recte respondere, non vult iustitiam facere, ille est contemptor legis, talis distingatur a judice.

II. De eo qui non vult iustitiam facere.

I. Si quis liber alicui libero, qui cum mallat de qualicunque re, designabitur iustitiam facere, ille qui querit causam suam, habeat ibi testes duos vel tres, qui audiant & videant qualiter ille responderet, ut possint ante judices testes esse. Tunc iudex jubeat eum in presenti venire, & judicet ei, & componat duodecim solidos, quia non dignabatur iustitiam facere ei cui debuit.

II. Sic omnis qui non dignabatur iustitiam facere ei cui debuit, de qua re appellatus fuerit, pro fatigazione quam facit ei qui cum appellat, componat duodecim solidos, & postea respondeat secundum legem, & faciat iustitiam sicut lex habet, Duci vero quadraginta solidos.

III. Si contra legem pignoraverit.

I. Si quis aliquem contra legem pignoraverit sine iussione Ducis, pignus sine lectione reddat, & aliud simile addat. Duci vero pro fredo quadraginta solidos solvat.

II. Et si laeserit illud pignus, componat quantum aestimaverit qui causas judicat.

III. Talis enim presumptio non debet fieri, quia hoc scandalum generat.

IV. Et pro omni pignore, quod contra legem tulerit, semper cum sex solidis componat.

V. Si pignus illud minus valet quam sex solidos, tunc pignus reddat, & cum sex solidis componat.

VI. Si autem pignus quod tulit plus valer quam sex solidos, ipsum inlaesum reddat, & simile aliud addat, Duci vero pro fredo quadraginta solidos.

IV. Si porcos in pignus tulerit.

I. Si quis contra legem porcos in pignus tulerit, unumquemque cum duodecim saigis componat.

II. Illam duotrem cum tremisse componat

LEX BA-
IVYARIG-
RVM.

V. Si oves tulerit in pignus.

I. Si quis oves in pignus contra legem tulerit, taceat de causa pro qua pignus tulit, & cum solidio componat.

II. Nisi forte ille homo alias res non habet, per quas possit pignus tollere, si nisi ipsas oves nihil aliud habet, non erit culpabilis, quia necessitas hoc compellit facere.

V I. Si messem vel pratum araverit.

Si quis messem vel pratum alterius araverit usque ad tres sulces in longitudine jugeris, vel in transversis seu sulces, cum tribus solidis componat. Aut si negare voluerit, juret cum sacramentali uno.

VII. Si messem maturam furaverit.

I. Si quis messem maturam in agro furaverit, cum sex solidis componat.

II. Et si negare voluerit, cum sex sacramentalibus juret secundum legem suam.

VIII. Si alterius initiauerit messem.

Si quis messes alterius initiauerit malefici artibus, & inventus fuerit, cum duodecim solidis componat, quod arancartii dicunt, & familiam ejus & omnem substantiam ejus vel pecora ejus habeat in cura usque ad annum. Et si aliquid perdiderit homo ille de rebus suis in illo anno, ille reddat. Et si negare voluerit, cum duodecim sacramentalibus juret, aut cum campione cinceto defendat se, hoc est, pugna duorum.

IX. Si servum ad fugiendum fuderit.

I. Si quis servum alienum ad fugiendum fuderit, & foras terminum eum duxerit, hoc est, foras marcham, cum duodecim solidis componat, & ipsum reducat.

II. Et si negare voluerit, cum duodecim sacramentalibus juret, aut cum campionibus suam querat iustitiam.

III. Si ancilla est, cum viginti quatuor solidis componat, & ipsam reddat.

TITVLVS XIII.

De vitiatis animalibus & eorum compositione.

I. De animalibus vitiatis.

Q Vi sepi damnum inferunt, & hujus vitij aduerscent, si se in stipitem maculaverint introcendo vel excundo, & ibi mortui fuerint, si sepes legitime fuerit exaltata, id est, mediocri statura virili usque ad mammulas, nihil cogatur solvere dominus sepis.

LEX BA-
TIVARIO-
RVM.

II. *Qui ea in sepe compulerit.*
Si altera persona ipsum animal per vim
fallire compellent, solvat animal, quia in-
juste eum in periculum mortis ejecit.

III. *Si dominus sepiis hoc fecerit.*
Si ipse dominus sepiis simili modo ex sua
claustura cum canibus vel ceteris flagellis
ejecerit, cum simili componat.

IV. *Statim si mortua non fuerit.*

Si autem statim mortuum non fuerit,
sed vulneratum evaserit ad domum domi-
ni sui, & dominus animalis hoc cognove-
rit, & dicat ad illum reum qui ipsum ani-
mal compellebat in mortem, *Recipe ani-
mal quod lefisti*, quod nos avursum voca-
mus.

V. *Si confessus est, recipiat eum.*

Si autem confessus est, recipiat, donec
sanetur, & aliud interim ad operationem
reficiatur, quale illud fuerat quod laesit.

VI. *De restituendis animalibus.*

I. Si vero mortuum fuerit, quod in lo-
cum posuit teneat possessio animalis laesi.

II. Ita vero cadaver quod sanare ne-
quiverat ad suum teneat ultum.

VII. *Si lefum recipere noluerit.*

Si autem laesum animal, qui id laedere
se compellebat, recipere noluerit, domi-
nus animalis cadaver sibi sumat in usum,
& ille alius nihilominus ex integro cogatur
exfolvere.

VIII. *Si oculum alterius animalis excusserit.*

V. 366. Si quis alicuius caballo aut bovi vel cui-
libet quadrupedi unum oculum excusserit,
adpremet illud pecus quod valet, & ter-
tiam partem componat.

IX. *Si bovis cornu.*

I. Si quis bovi alterius cornu à capite
excusserit, cum tremisse componat.

II. Si cornu exilierit, & os remanerit,
duas faigas donet.

III. Si vaccæ excusserit, duas faigas
componat.

X. *Si caudam amputaverit.*

I. Si caudam amputaverit, vel aurem,
si equus est quem marach dicimus, cum
solido componat.

II. Si mediocris fuerit, quod vvlz vo-
cant, cum medio solidio componat.

III. Et si deterior fuerit, quod angar-
nago dicimus, qui hofte utilis non est,
cum tremisse componat.

IV. Similiter qui alterius bovi caudam
amputaverit vel aurem, cum tremisse
componat.

V. Si vaccam alterius hujusmodi lae-
serit, cum duabus faigis componat.

XI. *De injüstè usis animalibus.*

I. Er si unum eorum contra legem mi-
naverit, quod svezecholi dicimus, pari
sententiae subjaceat.

II. Si quis autem contumaciter alterius
jumento propter dispectionem domini sui
vel quacunque inimicitia hoc injüstè per-
petraverit, hec univerla in componendo
duplentur.

XII. *Ut minimè presumat animal alienum
occidere.*

I. Ut nemo presumat alienum animal
occidere, neque porcum, quamvis in dam-
no cum invenerit; fed recludat eum donec
domino eius ostenderat damnum, & aliqui
de vicinis eorum videant hoc, & designent
locum qui laesus est, & alia quæ intacta
sunt, usque ad maturitatem colligat cuius
meffis est, & quantum minus invenerit in
lefione illa, contra hac æqualitatem in-
tegram illę reddat cuius animalia fuerunt
& damnum fecerunt.

II. Ita & de vinea & de prato faciat sicut
æstimatores arbitraverint, & componat.

TITVLVS X.IV.

De commendatis & commodatis.

I. *De custodia.*

I. *S*i quis caballum aut quodlibet ani-
malium genus ad custodiendum
mercede placita commendaverit, si pe-
rierit, ejusdem meriti ille qui commen-
data suscepit exsolvat, si tamen mercedem
fuerit pro custodia consecutus.

II. Quod si etiam nulla placita mer-
cede suscepit, & mortuum esse proba-
verit, nec ille mercedem requirat; nec ab
illo aliquid requiratur.

III. Tamen ratio est ut prebeat sacra-
menta illi qui commendata suscepit
quod non per suam culpam neque per ne-
glegentiam mortua consumpta sint, &
reddat corium.

IV. Eadem de commendatis forma ser-
vetur.

II. *Si aurum suscepit.*

Si cui aurum, vel argentum, vel orna-
menta, vel quacunque species fuerint
commendata, five custodienda traditæ
sunt, five vendenda, & in domo ipsius cum
rebus ipsius forsitan fuerint incendio con-
crematæ, unæ cum testibus qui commen-
data suscepit prebeat sacramenta ni-
hil exinde suis profuisse compediis, &
nihil cogatur exolvere; excepto auro &
argento, quod ardere non potuit.

III. *De*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. De incendio furatis.

I. Si quis fortè, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium adlaturus ingesserit, & aliquid fortè rapuerit, dominus domus diligenter inquirat; & si eum potuerit inventire, ille qui rapuerat, in quadruplum rapta refibuat.

II. Et si de commendatis rebus apud direptorem aliquid fortè reperit, domino restituere mon moretur.

IV. De commendatis furatis.

V. 356. I. Si verò qua commendata fuerant furto probabant ablata, ei qui commendata perdidit spatium tributatur donec furem suum inveniagatione perquirat.

II. Et si eum invenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare procuret.

III. Compositio verò furti ad eum qui habuit rem commendatam pertineat.

IV. Et si fur non fuerit intra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino sufficiete reddatur, damnum verò ex medio uterque sustineat.

V. Et postmodum si dominus rerum apud eum cui commendaverat, quæcumque fuerint suppressa vel repressa reperebit, cùm hæc ille priùs se dixerat perdidisse vel furto fusile sublata, sicut a fure ea ab eo exigi legum statuta præcipiunt, & compositionem cogatur implere.

V. De re in contentione posita.

V. 357. Rem in contentione positam non liceat donare nec vendere.

VI. De viduis.

Viduæ, si post mortem mariti in viduitate permaneant, æqualem inter filios suos, id est, qualem unus ex filiis, usufructuariam habeant portionem, uisque ad rem vita fute usufructuario jure possident.

VII. De secundis nuptiis.

I. Quod si mater ad alias nuptias fortè transierit, ea die usufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filij inter reliquias res paternas, qui ex eo nati sunt conjugio, vindicabunt.

II. Mater vero si habet proprias res, cum dote sua, quam per legem haber, egreditur.

III. Et si ibi filios nec filias generavit, post mortem ejus omnia quæ de filiis suis derulit, ad alios revertantur.

VIII. De divisione inter fratres.

I. Ut fratres hereditatem patris æqualiter dividant, ut quamvis multas mulieres habuissent, & tote liberae fuissent de gene-

Tom. I.

logia sua, quamvis non æqualiter divites, LXX B.A.
uniusquisque hereditatem matris suæ pos-
sideret, res autem paternas æqualiter divi-
dant.

II. Si verò de ancilla habuerit filios, non accipiant portionem inter fratres, nisi tantum quantum ei per misericordiam dare voluerint fratres eorum; quia in veteri lege scriptum est: *Non enim erit heres filius Gal. 4.
ancille cum filio libere.* Tamen debent misericordiam considerare, quia caro eorum est.

IX. De eo qui sine liberis moritur.

I. De eo qui sine filiis & filiabus mortuus est, mulier accipiat portionem suam, dum viduitatem cultodierit, id est, mediætatem pecunia. Mediætas autem ad propinquos mariti pertinet.

II. Si autem mulier mortua fuerit, aut aliud maritum tulit, tunc quod proprium habet de mariti rebus, quæ per legem ei debentur, accipiat. Ceteras res propinquioris mariti accipiunt.

III. Si autem maritus, qui nec filios

nec filias nec nepotes nec pronepotes nec ullum de propinquis habet, sed in uxorem aut donatione aut testamento sive partem sive omnes contulerit facultates, & hæc deinceps in viduitate perficit, & memoriam mariti cum pudicitia castitatis obliterat, omnia quæ à marito ei sunt donata possideat, & ea in quem voluerit pro suo jure transfundat.

IV. Quod si maritus & mulier sine herede mortui fuerint, & nullus usque ad septimum gradum de propinquis & quibuscumque parentibus inventur, tunc illas res fiscus adquirat.

TITULUS XV.

De venditionibus.

I. Si quis res alienas vendiderit.

I. S I quis vendiderit res alienas fine V. 355. voluntate domini sui, aut servum, aut ancillam, aut qualemcumque rem, ipsam per legem reddat, & consimilem aliam addat.

II. Et si ipsam non potest invenire, duas consimiles reddat.

II. Si quis possessionem vendiderit.

I. Si quis vendiderit possessionem suam alicui, terram cultam, non cultam, præta, vel silvas, post acceptum pretium aut per chartam aut per testes comprobetur firma emptio, ille testis per aurem debet esse tractus, quia sic haber lex vestra.

I

LEX BA-
IVARIO-
RVM.
V. 306.

Duo vel tres vel amplius debent esse
testes.

II. Si venditio fuit violenter extorta,
id est, aut metu mortis, aut per custodiam,
nulla ratione firma sit.

V. 306.

III. Si a servo alieno comparaverit.

I. Si quis a servo alieno aliquid compa-
raverit nesciente domino suo, si dominus
firmam esse noluerit emptionem, reddat
premium emptori, & emptio nihil ha-
beat firmatus.

II. Si ipsum non habet, consumile red-
dat.

IV. De contentione vendite rei.

I. Quotiens de vendita re contentio
commovetur, si alienam fuisse confiterit,
nullus sine domini praejudicio comparerit.

II. Et domino is qui aliena vendere pre-
sumpsit, duplum cogatur exsolvere, ni-
hilominus emptori, qui accepit, premium
rediturus.

III. Et quicquid ad comparatae rei pro-
fectum studio fuae utilitatis emptor adje-
cerit, a locorum judicibus aestimetur, &
ei qui laborasse cognoscitur, a venditore
juris alieni satisfactio iusta reddatur.

V. Si ingenuum hominem vendiderit.

I. Si quis ingenuum vendiderit, cum ille
fiam probaverit libertatem, is qui eum
vendidit, reducat cum in locum suum, &
restituat ei libertatem sicut prius habuit,
& componat ei quadragesima solidos; ex-
cepto quod emptori in duplum premium,
quod accepit, cogatur exsolvere.

II. Similis ratio dupliciter de feminis
seruetur.

III. Et si eum vel illam foris provincia
vendiderit, & iterum reducere non po-
tuerit, tunc cum vveregildo componat,
hoc est, centum sexaginta solidos solvat
parentibus.

V. 318.

VI. Si servum proprium vendiderit.

Si quis servum suum vendiderit, for-
sitane ejus nesciunt facultates quas habe-
bat, dominus ejus potestatem habeat, qui
cum vendidit, requiri res ejus ubincun-
que invenire potuerit.

VII. Si servus de suo fuerit redemptus.

V. 319.

Si quis servus de peculio suo fuerit re-
demptus, & hoc dominus ejus forte nef-
cient, de domini potestate non exeat,

quia non premium, sed res servi sui, dum
ignorat, accepit.

VI. 314.
417.

VIII. De commutatione.

Commutatio, hoc est, quod cambias,
talem quallem emptio habeat firmata-
rem.

IX. De venditionis forma.

I. Venditionis hacc forma seruetur ut seu V. 312.
res seu mancipium vel quolibet genus
animalium venditur, nemo propterea fir-
mitatem venditionis intrumpat quod dicat
se vili pretio vendidisse, sed postquam fa-
ctum est negotium, non sit mutatum.

II. Nisi forte vitium invenerit quod ille
venditor celavit, hoc est, in mancipio,
aut in caballo, aut in qualicunque pecu-
lio, id est, aut cœcum, aut herniosum,
aut caducum, aut leprosum,

III. In animalibus autem sunt virtus qua
aliquotiens celare potest venditor.

IV. Si autem venditor dixerit vitium,
sicut emptio, non potest mutari.

V. Si autem non dixerit, mutare potest
in illa die, & in alia, & in tercia die.

VI. Et si plus de tribus noctibus habue-
rit, postea non potest mutare.

VII. Nisi forte cum invenire non po-
tuerit in tres dies, tunc quando invenie-
rit, recipiat qui vitiatum vendidit.

VIII. Aut si non vult recipere, juret
cum sacramentali uno: quia vitium ibi nu-
llum siebam in illa die quando negotium fe-
cimus. & stet factum.

X. De arris.

Qui arras dederit pro quacunque re, V. 313.
premium cogatur implere quod placuit
emptori. Et si non occurrit ad diem con-
stitutum, vel ante non rogaverit placi-
tum ampliorem, & hoc neglexerit facere,
tunc perdat arras, & premium quod debuit
impleat.

XI. De firmitate.

I. Si mancipium alicujus aliquis inter-
ciaverit, dicens, Istud mancipium ego com-
prehendi extra terminum ubi Dux exercitum
daxit, vel alibi Dux illum per debitum &
justum culpam tulit, & mihi licenter tradidit.
Aut si aliqua ornamenta sint, dicit: Quod
mancipia mea ex propria mea materia labo-
raverunt & fecerunt, aut fabri hujusmodi si
fuerint, propterea tradidi & firmabo. Si haec
defuerint, in supradictis rebus nullatenus
potest firmare. Si autem firmaverit, non
potest ab eo cui firmavit, nisi ipse volue-
rit, retrahere.

II. Si campio quæsidores vicerit, si fir-
mare promiserit emptori, id est, fuviron,
& non potuerit per hæc verba veraciter,
ut supra diximus, & constitutum ruperit,
tunc premium reddat, & talentum ruperit,
restituat sine mora; eò quod valde repre-
hensibilis est qui res alterius dare præ-

fumperit, quia aliquotiens exinde scandala nascuntur.

III. Simili modo qui propria donaverit ut quibusdam injulfis machinamentis fibi sociaret quod nunquam tenuerat.

IV. Si mancipium fuerit, & dicit, *Patr meus reliquit mihi in hereditatem, aut, Ego in propria domo enutri iustud, de propriis meis mancipientibus natum;* similiter de jumentis vel hujusmodi, que fuerint, adserere potest.

XII. *Vt per chartam venditio firmetur aut testes.*

Quicquid vendiderit homo, aut comparaverit qualcumque rem, omnia sint firmata aut per chartas aut per testes qui hoc probare possint, hoc est, de mancipliis, de terra, casis vel silvis, ut postea non sit contentio.

XIII. *De pactis vel placitis.*

Pacta vel placita quae per scripturam quamcumque facta sunt, vel per testes denominatos tres vel amplius, dummodo in his dies & annus sit evidenter expressus, immutare nulla ratione permitimus.

TITULUS XVI.

De testibus & eorum causis.

I. *De testibus, si suum voluerit vindicare.*

I. **S**i quis homo pratum vel agrum vel exartum alterius contra legem malo, ordine invaserit, & dicit suum esse, propter presumptionem, cum sex solidis componat, & excat.

II. Si autem suum voluerit vindicare illum agrum aut pratum vel exartum, vel unde illa contentio est, taliter vindicet. Iuret cum sex sacramentalibus, & dicat: *Ego tua opera priora non invadis contra legem, nec cum sex solidis componere debeo, nec exire, quia mea opera & labor prior hic est quam tuus.* Tunc dicat ille qui querit: *Ego habeo testes qui hoc scimus quod labores de isto campo semper ego tuli, nomine contradicentes exartavi, mandavi, possedi usque hodie, & pater meus reliquit mihi in possessione sua.* Ille homo qui hoc testificare voluerit, commarchanus ejus debet esse, & debet habere sex solidorum pecuniam & similem agrum. Tunc ille testis juret taliter: *Quia ego hoc meis auribus audiri, & oculis meis vidi, quod istius hominis priora opera fuerunt in isto agro quam tua, & labores fructuum ille tulit.* Post sacramentum reddat agrum. Tunc ille defensor, si sperat quod iustitia de illo agro suo fuisset, & hoc in presenti

Tom. I.

populo fiat, ne per invidiam aliquis pereat, *lex Badiat ad illum testem: Mendacium juris contra me. Sponde mihi pugnam dacrum,* & *manifestet Deus si mendacium an veritatem juris contra me;* & componere debes cum duodecim solidis, & illam terram reddere quam mendaciter abstulisti.

Si vicerit ille qui querit, componat cum duodecim solidis, & illam terram reddat. Et si illam terram non potuerit donare, doner aliam in proximo quantum iactus est de securi saiga valente. Et si in proximo non habet, nec comparare potest, juret secundum premium agri ut ipsum agrum cum pretio valente nec cum duplo nec cum triplo conquirere potuerit, donet ubi habet, & ipsum agrum quem donaverit, juret quod talis sit qualis fuis fuerat.

II. *Si testem habuerit per aurem tractum.*

Si quis testem habuerit per aurem tractum de qualibet causa finita ratione, & hoc confirmari per testes, posthac non debet repetere nec inquietare illum a quo finivit rationem suam. Et si voluerit, tunc per testes defendat se, ille testis testificet sicut seit unde ad testem per aurem tractus fuit, & hoc per sacramentum confirmet. Non debet testem veritatis repellere cauaticus ejus. Nisi forte aliquis testem mendacem habere voluerit, potest illum cum lege repellere cum pugna duorum & dicere: *Non tibi traxi testem de ista causa, neque consentio.* Si autem testis per aurem tractus fuerit de compositione finienda, vel propter arras, qui donat quasi propignore qualcumque rem, ulque dum solvat debitum, & pignus recipiat, illum testem nemo repellat, nec potest, sed consentiat. Nisi super mortuum hominem reflectare voluerit aliquam causam, illum potest contradicere cum duorum pugna & dicere: *Defendere hoc volo cum campione meo quod dicas, quia & tu mentiris, & tuus testis super mortuum meum.*

III. *Si testis vicius fuerit.*

Et si ille vicius fuerit qui negare testem voluit super mortuum suum, tunc amplius pugna duorum non veniat, quia ad testificationem per vim illum mortuum adquisivit; sed cum sacramento, ut lex est, testificetur, & testificatio firma permaneat.

IV. *De discordia judicium.*

Sed hic discordant nostri judices de parte, quod ipsi qui testem adducit jurare debeat quod mendacem testem non profert, nec de illius testificatione sacramenti se abstinere debeat.

I ij

LEX BA
IVARIQ
EVM.

V. Si plures fuerint testes.
Et si plurimi testes fuerint, & ad unum conventum venerint, sortiantur illi testes inter se, & cui fors exierit, jurer ille taliter & dicat: *Ad te ipsum fortius sum, & ad te ipsum me facere volo.* Adprehendat manum proximi sui, & dicat: *Si illum Deus adjuverit & illum cujus manus teneo quod ego ad te ipsum illam inter vos per aurem tractus fui de ista causa ad veritatem dicendam.* Tunc solus juret cum sua manu. Postea donet arma sua ad sarcandrum, & per ea juret ipsum verbum cum uno sacramentali. Et si mendaciter jurat, componat illi cujus causam abfultil cum duodecim solidis, & ipsam causam restituat, aut defendat se cum campione suo, si recte juravit, hoc est, pugna duorum.

TITVLVS XVII.

De championibus & causis quae ad eos pertinent.

I. Si unus ab altero fuerit interficetus.

Si unus ex his ab altero interficetus fuerit, quamvis nobilis sit perfona, non componatur amplius quam duodecim solidis; & ab eo componatur qui illum iusit & invitavit.

II. Si servus fuerit per dominum sui confessum, pari modo ratio subjacebit. Sin autem, cum viginti solidis componat.

III. De his qui propriam alodem vendiderunt.

De his qui propriam alodem vendunt vel quascunque res, & ab empore alter abfratre voluerit & sibi sociare in patrimonium, tunc dicat empator ad venditorem: *Terram, aut quaecunque fueris, abfratre mihi vnde vicinus mens, aut quis fuerit.* Et iste responderet: *Ego quod tibi donavi, cum lege integra & verbis testificatione firmare volo, super septem noctes fiat constitutum.* Siquidic, cum utrisque utraque partes convenient: *Cur invadere canaris territoriorum quod ego iuste jure hereditatis donavi.* Ille alio contra: *Cur meum donare debuisti, quod antecessores mei ante tenuerunt?* Iste vero dicit: *Non ita, sed mei antecessores tenuerunt, & mihi in aludem reliquerunt, & vestita est illius manus cui tradidi, & firmare volo cum lege.* Si statim voluerit, liberam habeat potestatem. Sin autem, postea super tres dies aut quinque aut certe septem ea ratione fieret. Per quantuor angulos campi, aut designatis terminis, per haec verba tollat de ipsa terra, vel aratum circumducat, vel de herbis, aut

ramis, silva si fuerit: *Ego tibi tradidi, & legitimè firmabo per ternas vices.* Dicat haec verba, & cum dextera manu tradat, cum finifra vero porrigit vvadium huic qui de terra ipsa eum mallat, per haec verba: *Ecce vvadium tibi do quod terram tuam alteri non do, legem faciendo.* Tunc ille alter fulciri vvadium, & donet illum viceffloribus istius ad legem faciendam. Si causa fuerit inter illos pugna, dicat ille qui vvadium suscepit: *Injuste territorium meum alteri firmasti, id est, fasvirotos. Ipsam mihi debet reddere, & cum duodecim solidis componere.* Tunc spondeant pugnare duorum, & ad Dei pertineat judicium. Sin autem, cum sacramento se defendat, id est, cum duodecim, quod suam terram injuste non firmaret alteri, nec sue dictio restituere deberet, nec cum duodecim solidis componere.

TITVLVS XVIII.

De mortuis & eorum causis.

I. Si mortuum ex monumento ejicerit.

Si quis mortuum liberum de monumento effoderit, cum quadraginta solidis componat parentibus, & ipsum quod ibi tulit furtivum componat.

II. Si in flamine projecterit.

I. Si quis liberum occidit furtivo modo, & in flumen ejicerit, vel in talem locum ut cadaver redire non quiverit, quod Bajuvarii muridram dicunt, in primis cum quadraginta solidis componat, eò quod funus ad dignas obsequias reddere non valet. Postea vero cum suo vveregido componat.

II. Si si ipsum cadaver à fluminis alveo ad ripam projectum fuerit, & à quolibet inventum, qui iterum cadaver de ripa impinxerit, & exinde probatus fuerit, cum duodecim solidis componat.

III. De vestitu mortuorum.

I. De vestitu utrorumque, quod vvalaupa dicimus, si ipse abstulerit qui hos interfecit, dupliceiter componat.

II. Si alter, & non ipse reus, omnia furtivo more componat.

IV. Si vulneraverit mortuum.

Et si, ut saepe contingit, aquile vel ceterae aves cadaver reperient, & super ad lacerandum confederint, & aliquis sagit-

137 ANNO CHRISTI Regum Francorum. DAGOBERTI 138

tam ejecerit, & cadaver vulneraverit, & repertum fuerit, cum duodecim solidis componat.

V. Si cadaver leserit.

Simili modo quicunque cadaver hominis lacererit, quem alter interfecit, si caput amputaverit, si manum praeciderit, si pedes, si aurem, si tantum quod profu-
nem sanguinis reputamus, de mortuo tam minima quam maxima plaga, semper cum duodecim solidis componat.

V I. Si humaverit mortuum.

V. 361. I. Et si à quolibet mortuus fuerit reper-
tus, & eum humanitatis causa humaverit,
ut neque à porcis inquietetur, nec à bestiis
seu canibus laceretur, liber sit an servus,
& postea repertum fuerit, ille qui eum hu-
maverit, si requirere voluerit, parentes il-
lius solvant ei solidum unum, aut dominus
servi, si servus fuit. Sin autem, à domino
recipiat mercedem, quia scriptum est:
Mortuos sepelire.

II. Quia aliquotiens conspicimus, cùm
cadaver humo immixtum fuerit, & lignum
insuper positum, cunctis adstantibus, ut
requiratur dominus cadaveris ut primus
terram superiniciat, & si liber, similiter
filium aut fratrem, ne rei sint ceteri hu-
matores. quod omne à falsis judicibus fue-
rat aestimatum, non in verae legis veritate
repertum.

V II. De navib[us].

I. Si quis navem alterius tulerit de loco
suo, ipsam inlaefam reddat aut similem.
II. Et si eam foris aqua traxerit & ab-
conditerit, & negaverit interrogatus, fur-
tivum componat.

TITVLVS XIX.

De canibus & eorum compositione.

I. **S**i quis canem seucem, quem
lethihunt vocant, furaverit, aut
similem aut ipsum reddat, & cum sex solidis
componat. Et si negare voluerit, cum
tribus sacramentalibus juret secundum le-
gem suam.

II. Si autem seucem doctum, quem
triphunt vocant, furaverit, cum tribus solidis
componat, aut cum uno sacramen-
tali juret.

III. Si autem seucem qui in ligamine
vestigium tenerit, quem spurihunt dicunt,
furaverit, cum sex solidis componat, &
similem aut ipsum reddat.

IV. De eo cane quem bivarunt vo-
cant, qui sub terra venatur, qui occiderit,

alium similem reddat, & cum sex solidis LEX BA-
IVARIC-
RVM.

V. De canibus veltricibus, qui unum
occiderit qui leporem non persequitur, sed
sua velocitate comprehendit, cum simile
& tribus solidis componat.

VI. De eo cane qui dicitur hapihu[m]nt,
pari sententia subjaceat.

VII. De his canibus qui urfos vel bubas,
id est, maiores feras, quod suavarzvild
dicimus, persequuntur, si de his occiderit,
cum simile & sex solidis componat.

VIII. Qui vero pastorealem, qui lupum
morderit, occiderit, cum tribus solidis com-
ponat.

X. Si autem canem qui curtem domi-
ni sui defendit, quem hova[u]rath dicunt,
occiderit post occulatum folisin nocte, cum
tribus solidis componat, quia furtivum est.
Si vero ante folis occulatum hoc fecerit,
similem reddat, & cum uno solido com-
ponat.

XI. Si autem canis per vestimentum aut
per membrum hominem tenerit, & de
manu eum perculserit ut moriatur, simi-
lem reddat, & amplius non requiratur. Et
dominus canis quod canis fecit componat
mediatatem ac si ipse fecisset. Si hoc no-
luerit, canem non requirat.

TITVLVS XX.

De accipitribus vel avibus.

I. **S**i quis accipitrem occiderit, quem
chanohari dicunt, cum sex solidis
& simile componat, & cum uno sacra-
mentalii juret ut ad volare & capere simi-
lis sit.

II. De eo qui dicitur ganshapuch, qui
anferes capit, cum tribus solidis compo-
nat, & similem reddat.

III. Illum quem anothapuch dicimus,
cum solido & simili componat.

IV. De sparvariis vero pari sententiae
subjaceat cum solido & simile restituendi,
& cum sacramento ut tales sint quales
interfectione damnavit.

V. Si vero furto ablati fuerint, per om-
nia furtivum cogantur solvere ut lex
compellit.

VI. De his quidem avibus quae de fili-
vaticis per documenta humana domesti-
cantur industria, & per curtes nobilium
mansuecant volitare atque cantare, cum
solido uno & simile componat, atque in-
super ad sacramentum.

139 ANNO CHRISTI Capitularia DAGOBERTI
630. REGIS. 140

LEX BA-
IVARIO-
R.Y.M.

TITVLVS XXI.

*De pomaritis & nemoribus atque apibus
& eorum compositione.*

I. **S**i quis alienum pomarium effodierit per invidiam, vel exciderit arbore fructiferas, ubi duodecim five amplius fuerint, in primis quadraginta solidos componat, viginti cuius pomarium fuit, & alios viginti in publicum, quia contra legem fecit. Et alias arbores similes ibi planteret, & unamquamque arborum cum solidio componat, & omni tempore pomorum solidos donet usque dum illae arbores fructum faciant quas ille plantavit.

II. Si quis aliena nemora præciderit, si portat elicam, & rubus est, cum solidio & simile componat.

III. Et si amplius usque ad numerum sex per singulos singulum restituatur. Deinde arborum numerositatem restituere cogatur; & de his que nondum fructum portaverunt, cum tremissile & simile restitutur.

IV. De fagis verò tremissē & simile restituendum censēmus, usque ad numerum sex solidorum per singulas arbores, id est, decem & octo. Et si amplius damnum inferit, non cogatur componere nisi numerus restituendi.

V. Similium vel pirum vel cetera hujusmodi, pariententia ut fagi perseverent.

VI. Si verò de minutis silvis de luco vel quacunque gabeo vegetum reciderit, cum solidio & simile componat, & deinceps usque ad sex solidos restitucionem & compositionem.

VII. Si amplior fuerit numerus vegetum, non cogatur componere, nisi restituere cum simili & sacramento. Si autem post compositionem & restitucionem damnum intraverit infra in ipsius nemora cui componuit, nihil excludat compendi sententiam, sed superioris observetur regula sententiae.

Sequebantur post ista in editione Lindenbrogi leges quae Tassilo Dux Baiuvariorum tulit anno D CCLXXII. pridie Idus Octobris; que ab Henrico Camio & Marco Velsoro editae sunt ex veterissimis membranis, ut ipsa Velsori verba ponamus. Eas nos heic emissas volamus; quia cum Tassilo non fuerit Rex aut Princeps Francorum, leges ab eo late ad infinitum nostrum pertinere non possunt.

Post illam Tassilonis constitutionem Lindenbrogius exhibet capitula octo que Dominus Karolus feremus addere justit, itēque alia capitula numero quatuordecim, ad Baiuvarios principia spectantia. Nos illa referemus ad annum DCCCVI. quo Carolus Magnus imperij sui divisionem instituit inter Karolum, Ludovicum, & Pippinum filios suos.

DE ISTIS SVFFICIT.

- Capitularia**
- DAGOBERTI
REGIS L.
- 96
- 7. De secundis nuptiis.
 - 8. De divisione inter fratres.
 - 9. De eo qui sine liberis moritur.
 - Titulus XV. De venditionibus.
 - Cap. 1. Si quis res alienas vendiderit.
 - 2. Si quis possessionem vendiderit.
 - 3. Si a servis alieno comparaverit.
 - 4. De contentione vendita rei.
 - 5. Si ingenuum hominem vendiderit.
 - 6. Si servum proprium vendiderit.
 - 7. Si servus de suo fuerit redemptus.
 - 8. De commutatione.
 - 9. De venditionis forma.
 - 10. De arrisi.
 - 11. De firmitate.
 - 12. Ut per chartam venditio firmetur aut testes.
 - 13. De pacitis vel placitis.
 - Titulus XVI. De testibus & eorum causis.
 - Cap. 1. De testibus, si sum voluntate vindicare.
 - 2. Si testimoniū habuerit per aūrem tractum.
 - 3. Si testis vietus fuerit.
 - 4. De discordia iudicium.
 - 5. Si plures fuerint testes.
 - Titulus XVII. De campionibus & caufis quae ad eos pertinent.
 - Cap. 1. Si unus ab altero fuerit interfactus.
 - 2. De his qui propriam alodem vendiderunt.
 - Titulus XVIII. De mortuis & eorum causis.
 - Cap. 1. Si mortuum ex monumento ejecerit.
 - 2. Si in flumine projecterit.
 - 3. De vestitu mortuorum.
 - 4. Si vulneraverit mortuum.
 - 5. Si cadaver leserit.
 - 6. Si humaverit mortuum.
 - 7. De navibus.
 - Titulus XIX. De canibus. Capitula X.
 - Titulus XX. De accipitribus vel avibus.
 - Capitula VI.
 - Titulus XXI. De pomariis & nemoribus atque apibus. Capitula XI.

INCIPIT LEX BAIUVARIORVM.

TITVLVS PRIMVS.

De ecclesiasticis rebus, de libris legis institutionum, quae ad clerum pertinent, seu de Ecclesiistarum iure.

Cap. I. *Ut si quis liber Baiuvarius vel quiscumque alodem suum ad Ecclesiam vel quamcumque rem donare voluerit, liberum habeat postfatum.*

Si quis liber persona voluerit & dedecrit res suas ad Ecclesiam pro redemptione anime sue, licentiam habeat de portione sua, postquam cum filii suis partivit. Nullus eum prohibeat, non Rex, non Dux, nec ulla persona habeat potestatem prohibendi ei. Et quicquid donaverit, vilas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia quacumque donaverit pro redemptione anime sue, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse, & testes adhibeat sex vel amplius. Si voluerit, imponamus manus suas in epistola, & nomina eorum notent ibi quos ipse rogaverit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat ipsam pecuniam coram sacerdote qui ibidem servit. Et post haec nullam habeat potestatem exinde nec ipse nec posteri eius, nisi defensor Ecclesie ipsius per beneficium prefare voluerit ei, sed apud Episcopum defendantur

res Ecclesiae, quicquid a Christianis ad Ecclesiam Dei datum fuerit.

II. *De his qui contra legem Ecclesiam frateriū voluerint.*

Si quis aliqua persona contra res Ecclesiae iniuste agere voluerit, vel de rebus Ecclesiae abstrahere voluerit, sive ille qui dedit, vel de heredibus ejus, aut qualicumque homo praesumperit, in primis incurrit Dei iudicium & offendit eum sanctae Ecclesiae, & judicii terreno perfolvat auri uncias tres, & illas res Ecclesiae reddat, & alias similes addat Rego cogente vel Principe qui in illa regione iudex est.

III. *De furtis Ecclesie, quomodo componantur.*

I. Si quis res Ecclesiae furaverit, & exinde probatus fuerit, de qualicumque re niungendo solvat, id est, novem capita restituit. Et si negare voluerit, secundum qualitatem pecuniae jurer in altari de qua Ecclesia furaverit. De una faiga solus jurer. De duabus faigis, vel tribus, & usque ad tremissim, cum uno sacramentale jurer. Deinde usque ad quatuor tremisses cum tribus sacramentalibus jurer.

II. *Et si ampliorem pecuniam furaverit, aut caballum, aut bovem, aut vaccam, vel quicquid plus valeat quam quatuor tremisses, & negare voluerit, tunc cum*

DAGOBERTI REGIS
PRÆCEPTVM DE EPISCOPALI DIGNITATE

Cadurcæ urbis conlata Desiderio Thesaurario.

DAGOBERTVS Rex Francorum Episcopis & Ducibus, cunctoque populo Galliarum finibus constituto. Condecet clementiae principatus nostri sagaci indagatione prosequere & per vigili cura tractare ut elecio vel dispositio nostra Dei in omnibus voluntati debeat concordare, & dum nobis regiones & regna in potestate ad regendum largiente Domino noscuntur esse conlata, illis committantur privilegia dignitatum quos vita laudabilis & morum probitas vel generositatis nobilitas attollit. Et quoniam virum illustrem Desiderium Thesaurarium nostrum cognovimus religionis observantiam ab ipso pueritate sua tempore in omnibus cultu dire & sub habitu seculari Christi militem gerere, ac mores angelicos & facerdotalem conversationem habere, ut non solum in contiguis sed etiam in longinquis fama bonitatis ejus evulgata crebereat, ideo credimus cum merito ad facerdotium provehere quem, sicut diximus, ornatis moribus videmus jugiter ad celestem patriam anhelare. Et dum civium Abbatumque Cadurcorum consensu hoc omnimodis exposcit ut eum Episcopum habeant, & nostra devotione similiter consentit, absque dubio credimus Dei nutu id fieri, ut dum satis nobis est in palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus, & eum ab editibus propriis profectus publico procuremus. Sed dum nobis, sicut diximus, eum ab editibus nostris auferamus, [quibus] regiones & regna à Deo sunt commissæ, quamvis nobis inferamus dispendium, tales debe-

mus procurare pastores qui secundum Deum & iuxta apostolica dicta plebes sibi ac nobis commissas debeat regere, unde nobis merces amplior possit ad crescere. Quamobrem juxta civium petitionem, noltrum quoque concordantem in omnibus voluntatem, decernimus ac jubemus ut, adjuvante Domino, ad clamante laudem ipsius clero vel populo, vir illustris & verus Dei cultor Desiderius Pontifex in urbe Cadurca debeat consecrari, & nostra civiumque voluntas quod decrevit in omnibus in Dei nomine perficiatur, & pontificali benedictione sublimetur, dum modo Christo proprio vera hac religione profitemur quod vita & conversatio ejus digna & probata ab universis habetur, in tantum ut pro nobis & pro universis ordinibus Ecclesie debeat exorare, & acceptabiles Deo hostias fudeat offerre; quia ex hoc vitam nobis longiori ævo auctore Domino credimus propagandam, sille in facerdotio elegitur & sublimatur qui pro nobis vel pro vobis sibiique commissis securus ante tribunal Christi preces offerat, & in futuro iudicio, ut culpas excuser, precator adfisiat. Quia de re praesenti auctoritate decernimus ut si pedius Desiderius episcopatum in Cadurcena urbe prefestaliter suscipiat, & Christo proprio ejus temporibus teneat. Et ut hac deliberatio voluntatis nostrarum firmior habeatur, manus nostra subscriptione subter eam decrevimus roborare. Chrodebertus obulit. Dagobertus Rex subscriptit. Data sub die vi. Idus Aprilis anno octavo Dagoberti Regis.

INDICVLVS DAGOBERTI REGIS AD DOMNV M
Sulpitium Archiepiscopum, ut Desiderium benedicat.

Dominino sancto & apostolico domino meo patri Sulpicio Papæ Dagobertus Rex. Deo & vestre sanctitati bene credimus esse compertum qualiter fidelis noster vir illustris Desiderius Thesaurarius noster nobis adolescentia sua tempore fideliter deservivit; & nos devo-

tissimam ac monasticam conversationem ejus habemus bene compertam. Ideo nos cognoscite taliter decrevisse, ut in civitate Cadurca, ubi germanus ejus Dominus Rusticus Episcopus prævivit, in locum ipsius honorem episcopatus in Dei nomine debeat accipere; quia, divina inf-

143 ANNO CHRISTI
650

Capitularia

SIGEBERTI
R O 15 15.

pirante potentia, talis nostra devotio manet ut eos quos moribus ornatos & sanctis operibus deditos perficimus, sicut est iste fidelissimus Dei & noster Desiderius, hos ad episcopale culmen provehere debeamus. Quia sic decet regiam celitudinem, ut quos cognoscit in Dei timore converlari & fidem catholicam integrè custodiare, vel evangelica præcepta omnimodis observare, ad tale officium studeat promovere. Proinde dum vos arcem Metropolitani scimus tenere, præsentes apices cum debito salutationis officio almitati vestra studiuimus definire, petentes ut

ad eum benedicendum properare debeatis, & litteras ad comprovinciales fratres vestros dirigatis ut & illi adesse debeant, ut canonice & juxta apostolicam institutionem sub nostri praefectia in sancta Paschali sollemnitate Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia supplicamus, ut nos in sanctis ac Deo placitis orationibus vestris Domino commendetis, & ad exsplendum quod vobis injungimus negotium nullam moram faciat. Quem indiculum manus nostra subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare. *Dagobertus Rex subscriptus.*

SIGEBERTI REGIS EPISTOLA AD DESIDERIVM EPISCOPVM Cadurcensem.

Quod synodale Concilium celebrari non debeat in regno absque permitta Regis.

Data circa annum DCL.

DOMINO sancto & apostolico in Christo patri Domino desiderio Sigibertus Rex. Dum, fabula currente, à plures * & fidelibus nostris cognovimus quasi vocati ab idemque patre nostro Vulfoleudo Episcopo synodali consilio Kal. Septembbris in regno nostro, ignoramus in quo loco, una cum reliquo fratre & comprovinciales vestros debeat conjungere, licet nos statuta canonum & ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conservarunt, ita & nos conservare optamus, tamen dum ad nostram antea notitiam non fuimus perlatum, sic nobis cum nostris proceribus convenit, ut sine nostra scientia synodalis concilium in regno nostro non agatur, nec ad istas Kal. Septembbris nulla conjunctio sacer-

dorum, ex his qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiat. Postea vero opportuno tempore, si nobis antea denuntiatur utrum pro statu ecclesiastico, an pro regni utilitate, sive etiam pro qualibet rationabile conditione, conjunctio esse decreverit, non abnuimus; sic tamen ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem. Proinde praefectia scripta sanctitati vestra definire curavimus, per qua petimus ut pro nos orare dignentis, & ad ultimam conjunctionem, priusquam nostram cognoscatis voluntatem, penitus accedere non debeat. Et ut certius credatis, hunc indiculum manu propria subter subscripsimus.

S Y G G I B E R T V S R E X S V B.



KARLOMANNI